SANCTI AMBROSII

SANCTI AMBROSII

De Excessu Fratris

LIBER PRIOR

V.

SANCTI AMBROSII

De Excessu Fratris

LIBRUM PRIOREM

AD CODICUM OPTIMORUM FIDEM

RECENSUIT

CAROLUS SCHENKL

MILANO
TIP. EDIT. L. F. COGLIATI
Via Pantano, N. 26

—

1897.

Estratto dal Volume:

AMBROSIANA. — Scritti varii pubblicati pel XV Centenario della morte di S. Ambrogio.



ELOQUENTIAE *quae saeculo quarto post Christum natum apud Romanos viguit pulcherrimum sine dubio est documentum oratio ab Ambrosio in Satyri fratris funere habita* [1]. *elucet enim in ea tenerrimus caritatis adfectus, summus pietatis sensus, animus totus deo traditus maximoque doctrinae Christianae studio imbutus. simul quamquam ea oratio morem usumque aetatis illius redolet neque deest quo tum utebantur ornatus et cultus, tamen eminet ea quae ex intimo animo proficiscitur simplicitas aptissima ad misericordiam commovendam. non multis, sed gravissimis locis ex scriptura sacra depromptis distincta est haec oratio; adspersae sunt tamquam flores imitationes quaedam versuum Vergilii, quem totum mente tenebat Ambrosius, lo-*

---

1) De tempore quo Satyrus de vita decessit cf. quae disputavit I. Rauschen libri qui inscribitur *Jahrbücher der chrislichen Kirche unter dem Kaiser Theodosius dem Grossen* a. MDCCCLXXXXVII Friburgi Brisg. editi p. 475.

corumque Ciceronis, qua in re in primis verba illa, quibus Cato maior in libro de senectute filium sibi ereptum pia memoria prosequitur, saepius respecta invenies [2]*, et Sallustii ex Adherbalis oratione in senatu habita petitorum, quibus ille fratris carissimi interitum flebiliter deplorat. denique Ambrosius tota hac oratione vitae suae morumque imaginem tam luculenter expressit, ut si quis benignitatem humanitatemque eius recte aestimare velit, ad eam in primis mentem intendat necesse sit. quamobrem mihi hic libellus longe praeferendus esse videtur orationibus funebribus in honorem Valentiniani et Theodosii ab Ambrosio conscriptis.*

Adde quod haec oratio quam proxime accedit ad laudationes illas, quae in funeribus virorum nobilium amplisque honoribus functorum habebantur [3]*. quamquam intercedit non exiguum discrimen. etenim in fori locum successit basilica, in qua corpus mortui positum est, non solum viri dignitate ornati ad funus celebrandum convenerunt, sed totus populus Christianus confluxit atque in primis pauperes, in quos tanta beneficia Satyrus contulerat, lacrimis suis gratum memoremque animum contestantur, denique nobilitas generis mortui honoresque non extolluntur ab oratore, sed vix paucis locis quam brevissime tanguntur* [4]*. contra fides eius virtutesque vere Christianae uberrime praedicantur. restant sane quaedam moris antiqui vestigia, veluti si in epilogo ultimum sollemniter mortuo vale dicitur et supremum eius labiis osculum imprimitur. memorabile praeterea id est, quod orator ita laudationem instituit, ut eam secundum quattuor illa genera,*

---

2) Cfr. *Meletematum Vindobonensium* vol. XVI p. 41.

3) Cfr. *Mel. Vind.* XVI 40.

4) Cfr. ss. 25, 32, 49, 58.

in quae honesti natura visque a philosophis dividebatur, disponeret. qua in re eum exempla quaedam laudationum et rhetorum praecepta secutum esse adparet.

His igitur rebus respectis non alienum ab hoc loco duxi orationem illam ad codices optimos emendatam commentariisque criticis instructam proponere. nam quamquam Maurini in hoc libro expurgando codice Corbeiensi usi laudabilem sane operam posuerunt, tamen ut omittam eos praeter Corbeiensem libros tantum deteriores adhibuisse, codicem autem optimum, Bononiensem dico, aliosque quorum in scriptura constituenda non exigua est auctoritas plane ignoravisse, ne Corbeiensem quidem semper tamquam ducem certum secuti sunt, sed scripturis eius passim receptis textum aut qualis in editionibus veteribus extabat [5] *intactum reliquerunt aut etiam codicum interpolatorum ope refinxerunt. multis igitur levioribus atque adeo gravioribus vitiis orationem in eorum editione, si illam cum hac, quam nunc propono, contuleris, deformatam atque inquinatam esse intelleges.*

Sed iam ad codices quibus usum sum describendos me converto, qua in re administranda hoc loco breviori mihi esse licebit uberius in Ambrosii editione quam paro expondituro. discedunt autem libri in duo genera. ac prioris, quod principem locum in scriptura constituenda obtinet, dux et signifer est Bononiensis 32 in bybliotheca quae est Bononiae in Galliae oppido ad mare sito positus saeculo VII scriptus (B). hic liber, qui semper fere genuinas scripturas praebet, eo tantum laborat vitio, quod hic illic verba interciderunt librarii oculis in scribendo ad idem vel

5) Editio princeps fluxit ex codice Herbipolensi simillimo.

simile quod in proximis legitur verbum aberrantibus. simillimus ei est Parisiacus 12137 saeculi VIIII (P), olim Corbeiensis, quem ex illo originem traxisse satis probabile est. ad hunc proxime accedit Parisiacus 11624 saeculi XI (P'), olim liber s. Benigni Divionensis, passim ex codice alterius familiae correctus. agmen claudit Laudunensis 178 saeculi XII (L), olim liber sanctae Mariae vallis clarae, Benigniano longe deterior utpote multis modis interpolatus. in altero genere primo loco nominandi sunt Coloniensis 38 saeculi X (C) eiusque adsecla Herbipolensis M. th. f. 26 saeculi XI (H), qui quin ex illo manaverit non dubito, deinde liber bybliothecae armamentarii Parisiaci 1244 saeculi X (A), denique Augiensis CXXX, nunc Caroliruhensis saeculi X (𝔄), qui hic illic magis quam ceteri huius generis se adplicat ad familiae prioris scripturas. hi codices sine dubio ex eodem quo libri BPP'L, quibuscum et corruptelae et lacunae eis communes sunt, fonte fluxerunt, in stemmate vero codicum proprium sibi locum vindicant. nam etsi passim corrupti et turpiter interpolati sunt, tamen ab eis et bonas aliquot scripturas, quae in ceteris deformatae sunt, servatas et lacunas quasdam, quae in ceteris extant, expletas esse reperies. praeter hos codices contuli Oxonienses tres saeculi XII, Bodleianos 137, 762, 866 (O O' O''), quorum tertius ad alteram familiam referendus est. hos igitur et Laudunensem propterea commemoravi, ut inde quae esset codicum recentiorum ratio facile perspiceretur. nullius enim eos usus esse in re critica exercenda nemo non intellegit [6].

---

6) Laudunensem, quem Maurini saeculo X scriptum esse adfirmant, frustra quaesivi. certe nunc non extat in bybliotheca Laudunensi. non eundem eum esse ac Laudunensem supra commemoratum inde intellegitur, quod Maurini in tabula

In rebus orthographicis Bononiensis vestigia semper fere secutus sum. pauca quae novavi haec sunt. scripsi atque, *non* adque, inquit *et similia, non* inquid, ecclesia, *non* aecclesia (aeclesia, eclesia). *cetera quae id genus sunt in commentariis enotata invenies.*

Scripsi Vindobonae pridie nonas Novembres
a. MDCCCLXXXXVI.

---

codicum praeterea diserte libri Vallis clarae mentionem fecerunt. sed quam non sit fides tribuenda Maurinis tempora quibus singuli libri scripti esse videantur definientibus luculento exemplo demonstrari potest. Benignianum enim, qui quin saeculo XI exaratus sit nemo dubitat, vel ad saeculum VIIII rettulerunt. ceteros quos Maurini enumerant codices non curavi. novicii sunt omnes nec ullius ad scripturam constituendam momenti. Remigianum ex Benigniano manavisse eis quae Maurini in adnotationibus protulerunt comprobatur. duos libros adhibuit P. A. Ballerini, ita tamen ut raro scripturas ex eis enotaret. quorum prior in bybliotheca Ambrosiana repositus et siglo C 133 inf. instructus non, quod Ballerini dicit, saeculo decimo, sed, quod Henricus Schenkl testatur, undecimo adscribendus est. continet excerpta ex libro priore. alterum, qui bybliothecae canonicorum basilicae s. Ambrosii est, saeculo XII scriptum benigne inspexit A. Ratti. ex scripturis prolatis patet utrumque ad alteram familiam referendum esse, nullum autem omnino ex eis fructum capi posse. Edmundus Hauler, dum in bybliotheca Ambrosiana Frontonis reliquiis in pristinam lucem restituendis operam impendit, non solum, quae est eius liberalitas, me in plagulis expurgandis adiuvit, sed etiam locos quosdam Sallustianos ab Ambrosio imitando expressos indicavit.

TABVLA CODICVM

B: liber bybliothecae quae est Bononiae in Galliae oppido 32 saec. VII f. 120^r

P: Parisiacus 12137, olim Corbeiensis saec. VIIII f. 99^r

P': Parisiacus 11624, olim liber s. Benigni Divionensis saec. XI f. 127^v

C: Coloniensis 38 saec. X f. 1^v

H: Herbipolensis M. th. f. 26 saec. XI f. 1^v

A: liber bybliothecae armamentarii Parisiaci 1244 saec. X f. 148^r

𝔄: Augiensis CXXX, nunc Caroliruhensis saec. X f. 101^r

O: Oxoniensis Bodleianus 137 saec. XII f. 80^v

O': Oxoniensis Bodleianus 762 saec. XII f. 62^v

O'': Oxoniensis Bodleianus 866 saec. XII f. 132

L: Laudunensis 178 saec. XII f. 123^v

Libri *B* scripturas omnes adposui, librorum *P C A* 𝔄 fere omnes quibusdam quae nullius momenti sunt praetermissis, ex ceteris selectas.

S. AMBROSII
DE EXCESSV FRATRIS LIBER PRIMVS.

1. Deduximus, fratres dilectissimi, hostiam meam, hostiam incontaminatam, hostiam deo placentem, domnum et fratrem meum Satyrum. memineram esse mortalem, nec fefellit opinio, sed superabundavit gratia. itaque nihil habeo quod querar et habeo in quo deo gratias agam, quia semper optavi, ut, si quae perturbationes vel ecclesiam vel me manerent, in me potius ac meam deciderent domum. deo igitur gratias, quia in hoc omnium metu, cum omnia motibus sint suspecta barbaricis, communem maero-

5 I Tim. 1, 14

INC LIBER I DE EXCESSV FRATRIS SCI AMBROSI *B* INCIPIT LIB̃ PRIMVS DE EXCESSV SATYRI FRATRIS SANCTI AMBROSII EPISCOPI *PO* INCIPIVNT LIBRI SCI AMBROSII EPI DE EXCESSV FRIS SVI ET DE RESVRRECTioNE MORTVORVM *P'* INCIPIT LIBER SCI AMBROSII DE FRATRIS EXCESSV *CH* INCIPIT LIBER PRIMVS SCI AMBROSII EPI MEDIOLANENSIS DE EXCESSV FRIS SVI SATYRI *A* INCIPIT DE EXCESSV FRATRIS 𝔐 INCIPIT EIVSDEM LIB̃ I DE SATYRO FRATRE SVO *L* INCIPIT LIBER EIVSDEM PRIMVS DE EXCESSV FRATRIS SVI *O'. in O'' non est inscriptio*   3 dm̃n *CHA* 𝔐   et *s. v. B*   4 *post* memineram *add.* quippe 𝔐 quippe eum *CHA*   6 quaerar *B*   7 obtavi *B*   8 in (*s. v. m3*) eclesiam vel in (in *s. v. m3*) me *B*   9 im me *B*   reciderent *H*𝔐   11 montibus (n *eras.*) *B*

rem privato dolore transegi et in me conversum est quid-
quid timebamus omnibus. atque utinam hic consummatum
2. sit, ut dolor meus publici doloris redemptio sit! nihil qui-
dem habui, fratres carissimi, in rebus humanis tanto fratre
pretiosius, nihil amabilius, nihil carius, sed praestant pri-
vatis publica. ipsius quoque si quis sententiam sciscitaretur,
mallet occidi pro aliis quam sibi vivere; propterea enim
pro omnibus secundum carnem Christus est mortuus, ut nos
3. non solis nobis vivere disceremus. accedit illud quod in-
gratus divinitati esse non possum. laetandum enim magis
est quod talem fratrem habuerim quam dolendum quod fra-
trem amiserim; illud enim munus hoc debitum est. itaque
perfunctus sum, quamdiu licuit, commisso mihi faenore. qui
deposuit pignus recepit. nihil interest utrum abiures depo-
situm an doleas restitutum. in utroque fidei ambiguum,
vitae periculum est. an si pecuniam neges, culpa est, si
hostiam neges, inpietas est, cum pecuniae faenerator in-
ludi possit, naturae auctor et necessitudinis creditor frau-
dari non queat? itaque quanto uberior faenoris summa tanto
4. gratior usura sortis. unde ingrati de fratre esse non possu-
mus, quia quod naturae communis fuit reddidit, quod gra-
tiae singularis est meruit. quis enim communem condicionem
recuset? quis doleat sibi proprium pignus ereptum, cum ad
solacium nostri filium suum unicum pro nobis pater tradi-
derit ad mortem? quis exceptum se putet esse debere a con-
dicione moriendi qui non sit exceptus a condicione nascendi?
magnum pietatis mysterium, ut mors corporis nec in Chri-

---

9 II Cor. 5, 15   10 " laetandum ... amiserim „ ex Ciceronis *Consolatione* ut videtur, cf. Hieronymus *Epist.* LX 7 " nec doleas quod talem amiseris, sed gaudeas quod talem habueris „ et Buresch *Melet. Lips.* VIIII 104   24 Rom. 8, 32

---

2 timebam *O'*   omnibus *BAP'L et* (*ex* omnes) *P* omnes *cet.*   3 meus (e *s. v.*) *B*   6 sententiam si quis *P'*   sciscitaretur (sci *pr. ex* su) *P* scissitaretur *P'*   7 mallit *BP'L et* (*corr. m1*) *P*   occidere *CO'' et* (*corr. m1*) *A*   8 nos *om. H𝔐*, *post* solis *transponit C*   9 nobis solis *CH*   solis (*corr.* solũ) *A*   accidit *BLOO' et* (i *pr. in lit.*) *P'* accedit (e *ex* i) *P*   10 est enim magis *C*   11 fratrem *s. v. P'*   12 amiseram (a *alt. eras., s. m2* i) *P*   13 perfruitus *P'* perfructus *O'*   faenore *H𝔐OO'* foenore *P'* fenore *cet.* (*semper fere*)   17 pietas *CHA𝔐P'*   pecuniae *CHA𝔐O''* pecunia *cet.*   19 quaeat *B*   20 sortis usura *O''*   26 a *A et s. v. m3 𝔐, om. cet.*

sto esset excepta ac licet naturae dominus carnis tamen quam susceperat legem non recusaret. et mihi necesse est mori, illi non fuit. an qui de servo dicit: *si volo eum sic manere, donec venio, quid ad te?* non potuit ipse sic manere, si vellet? sed perpetuitate vitae huius sibi pretium, mihi sacrificium perdidisset. quod igitur maius est solacium nostri quam quod secundum carnem et Christus est mortuus? aut cur ego vehementius fleam fratrem, cum sciam illam mori non potuisse pietatem?

5. Cur solus prae ceteris fleam quem fletis omnes? privatum dolorem communi dolore digessi, praesertim cum meae lacrimae nihil prosint, vestrae autem lacrimae fidem adstruant, consolationem adferant? fletis, divites, et flendo probatis nihil opitulari repositas divitias ad salutem, cum pecuniae pretio mors differri non queat et pari usu divitem inopemque dies supremus eripiat. fletis, senes, quod in hoc liberum sortem pavetis, et ideo, quia vitam corporis producere non potestis, instituite liberos non ad usum corporis, sed ad virtutis officium. fletis et, iuvenes, quod naturae finis non sit maturitas senectutis. fleverunt et pauperes et quod multo est pretiosius multoque uberius lacrimis suis eius delicta laverunt. illae sunt lacrimae redemptrices, illi gemitus qui dolorem mortis abscondunt, ille dolor qui perpetuae ubertate laetitiae veteris sensum doloris obducat. itaque licet privatum funus tamen fletus est publicus, et ideo non potest fletus esse diuturnus, qui universorum est adfectibus consecratus. **6.** nam quid te, mi frater amantissime, fleam, qui mihi sic ereptus es, ut esses omnium? non enim perdidi

3 Ioh. 21, 22

5 vellit *B* (*corr. m3*) *P* (*corr. m2*) 6 quod *CHA𝔐O''* *et* (d *s. v.*) *m3 B m1 O* quo *cet.* 7 et *eras.* 𝔐 an (t *s.* n) cur *C* 8 cum sciam *m2 ex* conscientiam *P* 9 posse *P'* 10 solus *CHA𝔐P'O''* solum *cet.* 11 lacrimae meae *H* 13 consulationem *B* 14 divitias repositas *P'* 15 penitentiae (nitentiae *del. et s.* cunie) *C* potenciae *A* 16 suppremus *B* 17 liberorum 𝔐 (ro *s. v. m2*) *CHA* liberam *O'* (am *m2 in ras.*) *cet.* 18 instituite (i *tert. s. v.*) *BP* institute *O'* instruite *P'* 19 iuvenis (- es *m3*) *B* 21 e̋st ḿulto *P'* 22 redemptricis *B et* (- es *m2*) *P* 23 qui (i *ex* o) 𝔐, *om. O'* 26 esse fletus *H* 26 quia *P'* adfletibus (ad *eras.*) coñgregatus (*m2* consecratus) *P* 27 mi *om. P'* 28 e͠e somnium *C* esses somnium *P* (s *tert. s. v. m2*) *H* (s*tert. exp.*)

usum tui, sed commutavi ante corpore inseparabilis, nunc individuus affectu; manes enim mecum ac semper manebis. et quidem cum viveres nobiscum, numquam te patria eripuit mihi nec ipse mihi umquam patriam praetulisti et nunc alteram praestitisti; coepi enim iam hic non esse peregrinus, ubi melior mei portio est. numquam enim in me totus fui, sed in altero nostri pars maior amborum, uterque autem eramus in Christo, in quo et summa universitatis et portio singulorum est. hic mihi tumulus genitali solo gratior, in quo non naturae, sed gratiae meae fructus est; in isto enim corpore, quod nunc exanimum iacet, praestantior vitae meae functio, quia

7. in hoc quoque quod gero corpore uberior tui portio. atque utinam ut memoriae, ut gratiae ita etiam vitae tuae hoc quidquid est quod spiramus spirare possemus dimidiumque meorum decederet temporum, quod ad tuorum proficeret usum! par enim erat, ut quibus indivisum semper fuit patrimonium facultatum, non esset vitae tempus divisum vel certe qui indistincta semper habuimus vivendi consortia non haberemus distincta moriendi.

8. Nunc vero frater, quo progrediar quove convertar? bos bovem requirit seque non totum putat et frequenti mugitu pium testatur adfectum, si forte defecerit cum quo ducere collo aratra consuevit: ego te, frater, non requiram? aut possim umquam oblivisci tui, cum quo vitae huius semper aratra sustinui labore inferior, sed amore coniunctior, non tam mea virtute habilis quam tua patientia tolerabilis, qui pio semper sollicitus adfectu latus meum tuo latere saepie-

---

2 ac] & *P'* et (*s.* ac) *H* 3 viveris (- es *m3*) *B* 5 hic iam *CHA* 7 maior est *P'* 9 est *s. v. P'* 10 corpore enim *H* 11 exanimatum *CH* exanime *L* 13 ut gratiae *om.* 𝔄 meę (*s.* tuę) *H* 14 spiramus *CHA* speramus 𝔄 (i *s.* e *m3*) *P* (i *s.* e *m2*) *OO''* sperabamus *P'* spe paramus (s *alt. eras.*) *L* spe paramus *BO'* spirare *CHA*𝔄 sperare *cet.* possimus *P*𝔄*P'OO'* 15 decideret *CHA* decederet (i *s.* e *alt. m2*) *P* proficeret usum *in ras. P* 16 pars (s *eras.*) 𝔄*O''* quib. indivisum (b. in *s. v.*) *P* 17 divisum tempus *CH* 19 moriendi contubernia *O''* 21 totum non *O'* 24 possum *HLO'* 25 aratra semper *HL* labore enim *CH* inferior sui am. *H* coniunctior (c *alt. s. v.*) *P* vinctior *P'* 26 quam . . . tolerabilis *s. v. m2 B* 27 adfectu (d *in ras.*) *B*

bas, caritate ut frater, cura ut pater, sollicitudine ut senior,
reverentia ut iunior? ita in unius necessitudinis gratia con-
plurium mihi necessitudinum officia pendebas, ut in te non
unum, sed plures amissos requiram, in quo uno ignorata
adulatio, expressa pietas. neque enim habebas quod simu-
latione adderes, qui totum pietate conprehenderes, ut nec in-
crementa reciperes nec vicem expectares. sed quo inmemor **9.**
officii, memor gratiae inmodico dolore progredior? revocat
apostolus et tamquam frenos maerori inducit dicens, sicut
nuper audistis: *nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus,*
ut non tristes sitis, sicut et ceteri qui spem non habent. date
veniam, fratres carissimi. neque enim omnes possumus di-
cere: « *imitatores mei estote, sicut et ego Christi,* » sed ad
imitandum si auctorem quaeritis, habetis quem possitis imi-
tari. non omnes ad docendum idonei, utinam omnes ad di-
scendum habiles!

Non gravem lacrimis contraximus culpam; non omnis **10.**
infidelitatis aut infirmitatis est fletus. alius naturae dolor,
alia est tristitia diffidentiae et plurimum refert desiderare
quod habueris et lugere quod amiseris. non solus dolor la-
crimas habet: habet et laetitia lacrimas suas et pietas fletum
excitat et oratio stratum rigat et precatio iuxta propheticum
dictum *lectulum lavat.* fecerunt et fletum magnum sui, cum
patriarchae sepelirentur. lacrimae ergo pietatis indices, non
inlices sunt doloris. lacrimavi ergo fateor etiam ego, sed la-
crimavit et dominus, ille alienum, ego fratrem. ille in uno
lacrimavit omnes, ego in omnibus lacrimabo te, frater. ille **11.**

---

10 I Thess. 4, 13 13 I Cor. 11, 1 23 Psalm. VI 7 26 Ioh. 11, 35

---

2 ita ut in *𝔐P'O'* 3 inpendebas *H* 5 adulatio est *H* expressa est (est *s. v. m2*) *B* 6 conprehenderas *A𝔐P'OO'O''* 7 reciperis *B* (- es *m3*) *LO'* expectaris *B* (- es *m3*) *O* (- es *m2*) *AP'O'O''* expectares (res *et* sed *in ras.*) *L* 7 quod *BA𝔐OO'' et* (quid *m2*) *P, om. L* 9 meroris frenos *C* meroris *𝔐HO'' et* (s *eras.*) *O* 10 fratres *s. v. P'* 11 tristis sitis *B* contristes sitis *𝔐* c̃tristetis (tis *in ras. m2*) *O'* contristemini *L* sicut *s. v. P'* et *om. L* 12 enim *om. P'* 13 mei (i *s. v.*) estote (e *pr. s. v. m3*) *B* 15 docendum (is *s.* o) *C* 17 non] at (a *ex* u) non *P'* aut non *O* 18 infidelitatis (infedilitatis *C*) aut *CHA𝔐O'', om. P'* (*qui post* omnis *add.* ẽ) *cet.* 19 tristitia est *H* 21 fletus *L* 22 praedicatio *CH* profiticum *B* 23 planctum *A* sui *om. H* 27 *post* lacrimavit *add.* affectu *𝔐* te lacrimabo *P*

nostro, non suo inlacrimavit adfectu — neque enim divinitas lacrimas habet —, sed lacrimavit in eo qui tristis fuit, lacrimavit in eo qui crucifixus est, qui mortuus, qui sepultus est, lacrimavit in eo de quo hodie nobis insinuavit propheta dicens: *mater Sion dicet homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus.* in eo lacrimavit quod matrem Sion dixit genitus in Iudaea, susceptus ex virgine, matrem autem secundum divinitatem habere non potuit, quia auctor est matris. ille factus est non divina generatione, sed

12. humana, quia homo factus est, deus natus est. sic et alibi habes: *puer natus est nobis, filius datus est nobis;* in puero enim nomen aetatis, in filio plenitudo divinitatis est. factus ex matre, natus ex patre idem tamen et natus est et datus: non diversum, sed unum putes. unus enim dei filius et natus ex patre et ortus ex virgine. distant ordine, sed in uno concurrunt nomina, sicut et praesens lectio docet, quia *et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus,* homo utique corpore, altissimus potestate, etsi deus et homo diversitate naturae idem tamen, non alter in utroque. aliud ergo speciale naturae suae, aliud commune nobiscum, sed

13. in utroque unus et utrimque perfectus. non igitur mirandum est quia et dominum eum et Christum fecit deus. fecit ergo Iesum, eum utique qui ex corpore nomen accepit, fecit eum de quo etiam patriarcha scribit David: *mater Sion dicet homo, et homo factus est in ea,* dissimilis utique non divinitate, sed

---

2 Matth. 26, 38 5 Psalm. LXXXVI 5 11 Esai. 9, 6 17 Psalm. LXXXVI 5 24 Psalm. LXXXVI 5

---

1 inlacrimavit *BCAꝊL* lacrimavit *cet.* 2 in *om. CHAꝊO''* quo *HALO''*, qui tristis fuit lacrimavit in eo *om. C* 3 in *om. HAꝊO''* quo *CHALO''* qui (o *s.* i) Ꝋ quo mortuus quo *CHAꝊLO''* 4 in *om. CHAꝊO''* de *om. P* 5 sion *BCꝊP'OO''* syon *cet.* dicit *BO* 6 altissimus *in mg. m2 P'* in *om. CHAꝊO''* quo *CHAꝊO''* matrem (r *s. v.*) *B* 7 sion *BCAꝊP'* syon *cet.* 8 autem *om. C* qui *CO'* 10 sicut et *L* sicut *O''* 13 est *om. CHꝊLO''* 14 sed] & (*s.* sed) *P* enim est *PO'* 15 distant *AꝊ* distanti *cet.* ordines (s *del. m3*) Ꝋ sordine *A* (s *eras.*) unum *CHAꝊ* 16 concurrunt Ꝋ concurrit *B* (t *s. v.*) *PP'LO* cucurrit *O'* concurrente *CHAO''* nomine (nomen *m2*) Ꝋ docens dicit *A* 20 aliut *B* 21 utrimque *scripsi* utroque *CH* in utroque *AꝊ* utrumque *cet.* 22 dominum] dm̄ *P'* meum (m *exp. m2*) *P* deus fecit *om.* Ꝋ 24 de] a *P* scribit *om. A* david quia *CHAꝊ* sion *BPCAꝊL* syon *cet.* dicit *BꝊL* 25 natus (*s.* factus) *A* *post* ea *add.* quasi ergo factus homo *C* quasi homo ergo factus *HA*

corpore nec discretus a patre, sed exceptus in munere, manens in consortio potestatis, segregatus in mysterio passionis.

Plura loci huius tractatus exposcit, quibus possimus **14.** ostendere auctoritatem patris, proprietatem fili, trinitatis totius unitatem, sed consolandi hodie, non tractandi partes recepi, quamquam abducere a maerore animum intentione tractandi consolationis usus sit. sed temperandus mihi maeror quam alienandus adfectus est, ut mulceantur magis desideria quam sopiantur. non libet enim abire a fratre longius et occupatione subduci, cum velut comitandi eius gratia hic sermo susceptus sit, ut diutius sensu prosequar proficiscentem et quem oculis teneo mente conplectar. in illo enim totam oculorum aciem figere libet, cum illo totis animorum officiis inmorari, illum toto blanditiarum ambire obsequio, dum stupet animus nec amissum credo quem adhuc cerno praesentem nec mortuum puto cuius adhuc officia non requiro, quibus ego vitae meae usum et spirandi omne munus addixeram. quid enim referam tantae gratiae, tanto labori? **15.** ego te, frater, heredem feceram, tu me heredem reliquisti: ego te superstitem optabam, tu me superstitem dimisisti: ego pro muneribus tuis ut conpensarem beneficia vota referebam, nunc et vota perdidi, sed tamen tua beneficia non amisi. quid agam mei successor heredis? quid agam meae vitae superstes? quid agam exors huius quod capio luminis? quas grates, quae munera referam tibi? nihil a me praeter lacrimas habes aut fortasse securus meriti tui quas solas super-

---

2 misterio *P′O″* ministerio *C* 4 huius loci *L* possumus *AL* possemus *O″* 5 proprietatem (r *alt. s. v.*) *m3 B m2 P* fili *B* filii 𝔐 (i *ult. s. v. m1*) *P* (i *ult. s. v. m2*) *cet.* 6 consulendi *P′* *post* tractandi *add.* consolationis *in ras. P* 7 recepi (e *alt. ex* i *m3*) *B* abdicere (v *s.* i) *A* 8 consulationis *B* 9 <magis> maeror *ed. Amerbachiana* 11 occupacioni *C* cōmutandi *CA* conmutandi *H* 14 tantam *A* animorum (mis *s.* morum, *om.* officiis) 𝔐 15 abire (e *s.* i *m3*) *B* ābire *P′* 18 meae quibus sum et *P* 19 referam 𝔐*HO* referram (a *ex* e *m3*) *B* referre *C* refferre *A* referrem *P* (em *ex* am *m2*) *cet.* 20 feceram] reliqueram *P′* 21 obtabam *BAHO″* optabam (p *ex* b *m2*) *P* 24 quid ... superstes *om. P* 25 exsors *PC*𝔐*LO* cupio *CH* 26 referam (re *in ras.*, feram *s. v. m2*) *B*

stites habeo lacrimas non requiris. nam etiam cum adhuc viveres, flere prohibebas maeroremque magis nostrum quam tuam mortem tibi esse testabaris dolori. prohibent ulterius prodire lacrimae fletusque revocant, prohibent etiam tui gratia, ne, dum nostra deflemus, de tuis meritis desperare

16. videamur. at certe tu nobis etiam maeroris istius minuisti acerbitatem. non habeo quod timeam, qui timebam tibi, non habeo quod mihi iam mundus eripiat. etsi sancta supersit soror integritate venerabilis, aequalis moribus, non inpar officiis, tibi tamen ambo plus timebamus, in te vitae huius iucunditatem repositam putabamus. propter te vivere delectabat, propter te non pigebat mori; te enim ambo superstitem precabamur, tibi nos supervivere non iuvabat. quando non coartavit animus, cum metus huius modi titillaret? quomodo consternata mens erat aegritudinis tuae nuntio!

17. vae miserae opinioni! putabamus redditum quem videmus dilatum; tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium inpetratum esse nunc cognoscimus commeatum. atque utinam non solum commeatum, sed etiam prolixum vitae tempus rogasses! potuisti annos plurimos inpetrare vivendi, qui potuisti commeatum inpetrare veniendi. equidem tibi, omnipotens aeterne deus, gratias ago quod vel haec nobis suprema solacia non negasti, quod amantissimi fratris ex Siculis Africanisve regionibus exoptatum nobis reditum contulisti; ita enim mature, postquam venit, ereptus est, quasi propter hoc solum videretur esse dilatus, ut ad fratres rediret.

---

1 requires *C* (-es *ex* -is) 𝔄 (r *alt. s. v.*) *H* cum etiam *A* * etiam cum (cum *s. v.*) *C* 2 nostrum magis *P* 3 prohibeant̃ (n *s. v.*) *A* 4 prodere *BPO* prodire (i *ex* e) *P'* pondere *O'* prohibet *CHALO''* 5 flemus *H* meritis] muneribus (*m2* meritis) *P* 6 ad *B et* (at *corr.*) 𝔄 an (n *ex corr.*) *A* aut *PHO* tu nobis] ut nobis *HA* nobis ut nobis *C* &(*eras.*) istius *P'* minuis *CH*𝔄*O''* minuas *A* 7 acerbitatem *B* (b *ex* u *m1*) *P* (b *ex* u *m2*) 10 plus *in mg. P'* vitae *om. P'* 11 iucunditatem *B* iocunditatem *cet.* te *ex* ea *m2 P* 13 semper (*s.* super) vivere *H* vivere *P* 14 cohartavit *BO et* (h *eras.*) *P* coartavit *P'L* coartavit se *O'* cohorruit *H et* (co *s. v.*) *C*𝔄 chorruit (h *eras.*) *A* corruit *O''* 17 tuis *in ras. P'* martyrem *om. P'* 18 esse *om. C* commeatum *om.* 𝔄 21 qui ... veniendi *om. H* vivendi *CO'' et* (*corr. m2*) *P* et quidem *CAO'O''* 23 supprema *BPP'* 26 delatus *P'L* dilatatus *O'*

Habeo plane pignus meum, quod nulla mihi peregrinatio 18.
iam possit avellere, habeo quas conplectar reliquias, habeo tumulum, quem corpore tegam, habeo sepulcrum, super quod iaceam et commendabiliorem deo futurum esse me credam, quod supra sancti corporis ossa requiescam. utinam sic potuissem adversus mortem quoque tuam meum corpus obicere! si gladiis petitus esses, me pro te potius subfigendum dedissem, si exeuntem potuissem revocare animam, meam potius obtulissem. nihil mihi profuit ultimos hausisse 19.
hanelitus, nihil flatus meos inspirasse morienti; putabam enim quod aut tuam mortem ipse susciperem aut meam vitam in te ipse transfunderem. o infelicia illa, sed tamen dulcia suprema osculorum pignora! o amplexus miseri, inter quos exanimum corpus obriguit, halitus supremus evanuit! stringebam quidem brachia, sed iam perdideram quem tenebam et extremum spiritum ore relegebam, ut consortium mortis haurirem. sed nescio quomodo vitalis ille mihi halitus factus est et maiorem gratiam in ipsa morte redolebat. atque utinam si tuam nequivi meo spiritu vitam producere vel ultimi hanelitus tui vigor transfundi potuisset in meam mentem et illam tui animi puritatem atque innocentiam noster spiraret affectus! hanc mihi hereditatem, frater carissime, reliquisses, quae non lacrimabili dolore percuteret adfectum, sed memorabili gratia commendaret heredem. quid 20.

---

14 et 16 Verg. *Aen.* IIII 684 sq.

---

1 habeo . . . avellere *om. A* enim plane *L* enim sane *O''* 2 posita vellere *P* (*corr.*) 𝔐 posita velleret (*in mg. m1* possit avellere) *C* 4 et *CHA𝔐O''*, *om. cet.*, *fort.* commendabilioremque me esse *CLO'* 7 obiecere *B et* (e *pr. eras.*) *P* subfigendum *H* subrigendum *BPP'LO* surrigendum *O'* suffigendum *cet.* 8 animam revocare *C* 9 optulissem *CO' et* (ob- *corr.*) *O* 10 hanillitus (e *s.* i *pr. m3*) *B* hanelitus (h *eras.*) *P* anhelitus *cet.* flatus (a *ex* e) *C* meus *B* (o *s.* ụ *m3*) *P* mōs *A* in os *O'* 11 susciperem ipse *C* 12 infelicia (e *ex* i *m3*) *B* 13 osculorum (s *s. v.*) *P'* oculorum *O''* 15 quem] quod *C* tenebam et (*in ras*). *P'* 16 relegebam *CALO''* relegabam (i *s.* e *alt. m3*) *B* religebam *H𝔐 et* (a *m2 s.* e *alt.*) *O'* religabam *cet.* 17 ille mihi vitalis *A* halitus (h *s. v.*) *P'* alitus *H* habitus *A* hanelitus *L* 18 maiore *P'* redolebat *CHA𝔐* redolebam *P* (re *s. v. m2*) *cet.* 20 ultimi (l *s. v.*) *B* hanelitus *BLO'* haelitus (h *eras.*) *P* anhelitus *P'* (h *s. v.*) *cet.* 21 in illam *B* (in *s. v. m2*) *PP'LOO'* 22 speraret *C* hereditatem (m *eras.*) *P'* 23 dolore . . . memorabili *om.* 𝔐 asspectum *C* (*in quo* percuret) aspectum *HO''* affectūs (s *eras.*) *A*

igitur nunc agam, cum omnis vitae istius suavitates, cuncta solacia, cuncta denique ornamenta amiserim? tu enim mihi unus eras domi solacio, foris decori, tu inquam in consiliis arbiter, curae particeps, deprecator sollicitudinis, depulsor maeroris, tu meorum adsertor actuum cogitationumque defensor, tu postremo unus, in quo domestica sollicitudo resideret, publica cura requiesceret. testor sanctam animam tuam me in fabricis ecclesiae id saepe veritum esse, ne displicerem tibi. denique ubi redisti, obiurgasti moram, ita domi forisque eruditor quidam et arbiter sacerdotis, ut domestica cogitare non sineres, publica curare censeres, ut non verear, ne videar adroganter dicere; haec enim laudis tuae portio est, quia sine offensione ulla et gubernasti fratris domum et commendasti sacerdotium.

21. Sentio equidem quod repetendis officiis tuis recensendisque virtutibus adficiatur animus, sed tamen in ipsa mei adfectione atque hae mihi recordationes etsi dolorem renovant, tamen voluptatem adferunt. an ego possum aut non cogitare de te aut umquam sine lacrimis cogitare? et potero umquam aut tanti non meminisse fratris aut sine lacrimabili quadam meminisse gratia? quid enim mihi umquam iucundum, quod non esset ex te profectum? quid inquam mihi sine te aut tibi umquam sine me voluptati fuit? quis non usus nobis et prope visus ipse somnusque communis? quae discreta umquam voluntas, quod non commune vestigium, vere ut cum gradum tollerem, vel tu meum vel ego tuum

---

1 omnes *P* (i *s.* e *m2*) *HA𝔐O''* suavitatis *P* suavitatem *P'* 3 domi *eras. H* inquam] enim quam (v *s.* a *m2 et s. m2* cū) *P* 4 depraecator *BPH𝔐P'LOO''* ademptor *A* 7 sanctam *CHA𝔐O''* in sanctam *cet.* 8 fabricis] publicis *H* 9 rediisti (i *alt. s. v.*) 𝔐 morã (ã *ex* ẽ) *C* 11 curare (iurare *m2*) *P* censeris *B* (- es *m3*) *P* (- es *m2*) ut ne *C* ut (*om.* non) *H* (*in quo* vereor) 12 videar *m2 ex* videret *P* adroganter (n *s. v.*) *B* laudis (i *ex* e *m3*) *B* 14 *post* commendasti *add.* ubi (tibi *m2*) *P* tibi *O* 15 repetendis (s *s. v.*) *B* in repetendis *A* 16 adiciatur *B* 18 voluntatem *A* adferunt *in mg. m. ant. P* aut *om. H et* (*in quo* aut *pro* an) *L* 19 sine ... fratris aut *om.* 𝔐 21 iucundum *B* iocundum *cet.* umquam iocundum *in ras. mai. spatii P* 22 mihi inquam *C* 23 voluptatis 𝔐 25 voluntas (n *ex* m) *B* 26 vere (f *s.* v *m2*) *P* fere *H*

corpus videremur adtollere? quodsi quando sine altero pro- 22.
deundum fuit, intectum latus putares, affectum vultum cerneres, maestum animum iudicares: non adsueta gratia, non vigor solitus praenitebat, suspecta omnibus solitudo metum alicuius aegritudinis adferebat: ita novum videbatur omnibus nos dividi. ego certe fraternae oblitus absentiae quasi praesentem reflexa saepius cervice quaerebam et coram alloqui atque aspicere videbar mihi, sed tamquam suspensum collo iugum, ubi speratis excideram, trahere me putabam difficilis progredi, verecundus videri et redire deproperans, quod sine te procedere non liberet. at vero ubi ambobus prodeun- 23.
dum fuit, non plura in itinere vestigia quam verba nec incessus quam sermo crebrior nec ambulandi cura, sed conloquendi gratia; uterque enim nostrum ex alterius ore pendebat. non intento aspectu legere iter, mutuo sollicitos excipere sermones, haurire oculorum gratiam et spirare fraternae imaginis voluptatem. quam virtutes tuas tacitus mecum ipse mirabar, quam plaudebam mihi quod tali me dominus fratre donaverat, tam pudico, tam efficaci, tam innocenti, tam simplici, ut cum tuam innocentiam cogitarem, efficaciam desperarem, cum efficaciam cernerem, innocentiam non putarem! sed utrumque mira quadam virtute iungebas. denique ea quae ambo nequiveramus concludere solus 24.
implesti. plaudebat sibi, ut audio, Prosper quod sacerdotii

---

14 Verg. *Aen.* IIII 79

---

1 corpus tuum *P'* videremur *CHA𝔐O''* viderer *P* (r *alt. s. v. m2*) *L* viderem *P'* videre *BOO'* 3 iudicaris *B* adsueta gratia non *C* (gratia *s. v.*) *HA𝔐O''* ad sanctam gratiam *cet.* 4 p̃aenitebat *B* penitebat *PLO'* penitebat (d *s.* it *m2*) *O* renitebat *P'* suspecta ... afferebat *in mg. inf. m. ant. P* 6 nos *HAO''* nobis 𝔐, *om. C,* non *cet.* 6 oblitus absentiae] absentiae inpaciens (impatiens *H*) *C* (*add.* vel inmemor * * te, me *s. v.*) *H* (*add.* vel ñ (ñ *s. v.*) immemor) 8 aspicere (a *s. v. m3*) *B* 10 verecundius *P'* properans *AO''* 11 procedere *in mg. m2 P* ad *B* 15 aspecto (v *s.* o) *C* iter] iterum *PP'LO'* iter sed *CHA𝔐* ter set *O''* mutuo sollicitos *CHA𝔐* mutuo sollicitus *O''* mutuos (in mutuos *O*) sollicitus *cet.* 16 excepere (i *s.* e *m3*) *B* et spirare *scripsi* spirare *CH𝔐O''* aspirare *A* sed spirare *cet.* 17 volumtatẽ *B* voluntate *PP'L et* (n *in corr.*) *O* voluptate *O'* voluptates *O''* quam] quas *CH𝔐* 19 fratre dominus *L* 20 innocentie *B* innocente *P* (*in quo antea* efficauam, st *s.* u *m2, in mg. m2* efficaci tam) *P'L* siplici *B* sinplici *C* 21 disperarem *B et* (*corr. m2*) *P* desperarem ... innocentiam *om.* 𝔐 24 audio (i *s. v.*) *B*

mei occasione redditurum se quae abstulerat non putabat, sed vehementiorem tuam unius efficaciam expertus est quam duorum. itaque solvit omnia neç moderationi ingratus tuae nec inludens pudori, sed et modestiae gratus nec insolens efficaciae. sed cui, frater, illa quaesisti? nos enim idem volebamus laborum tuorum esse praemium, quod documentum erat. peregisti omnia et, ubi perfunctus omnibus revertisti, tu solus nobis, qui omnibus es praeferendus, eriperis, quasi ideo mortem distuleris, ut consummares pietatis officium, palmam efficaciae reportares.

25. Quam nec ipsi nos, frater carissime, saeculi huius delectabant honores, quod nos a nobis invicem dividebant! quos ideo adepti sumus, non quia eorum fuit expetenda perceptio, sed ne vilis dissimulatio videretur. aut fortasse ideo sunt tributi, ut quia inmaturo tui obitu nostrae futurus erat

26. voluptatis occasus, sine nobis iam vivere disceremus. equidem praesagae mentis agnosco formidinem, dum repeto saepe quae scripserim. revocabam te, frater, ne ipse Africam peteres ac potius aliquem destinares, timebam te committere viae, fluctibus credere, et solito metus maior incesserat animum; sed et peregrinationem explicuisti et rem ordinasti et veteri et sentinoso, ut audio, navigio iterum te fluctibus credidisti. namque dum celeritatem aucuparis, cautelam prae-

27. termisisti avidus nostrae gratiae, dissimulans periculi tui. o fallax laetitia, o incerta humanarum rerum curricula! ex Africa redditum, ex mari restitutum, ex naufragio servatum

---

1 occansione *B* (n *exp.*) *P* (n *eras.*) quae *CHO''* quę (uę *s. v.*) *𝔐* qui *A* quem *cet.* 4 sed] verum *A* 7 perlegisti (*om.* omnia) *P'* perfunctus (i *s.* u *alt. m3*) *B* perfunctis *O* 8 eripies (*m2* eriperis) *P* 9 destuleris *B* (dis- *m3*) *P* (s *pr. exp. m2*) consummares *B* (e *ex* i *m3*) *P* (e *ex* i *m2*) *O'* (-res *in ras. m2*) consummaris *𝔐* consũmares (a *ex* e *m2*) *C* 11 ipse (- i *m3*) *𝔐* ipsius (*om.* nos) *P'* 12 quos (*s.* quod) *C* quod (ue *s.* uod) *A* 13 fuit eorum *CH* expetenda *CHA* expectanda *cet.* 15 quia ĩmaturo *H* quia maturo *CA𝔐O''* qui amator *BO'* *et m1 P* quia maior *P m2 O* quia maturiori *L* obitus (s *s. v. m3*) *B* 16 et quidem *CAP'* 18 scribserim *B𝔐* ipsi *C* affricam *CALOO'* 19 peteris (-res *m3*) *B* 20 fluctibus ... animum *om. CH* 22 et *om. C* 23 cum *O''* aucuparis (- es *m3*) *B* 24 uvidus (a *s.* u *pr. m2*) *B* 25 o *om. C* humanarum (rum *s. v. m2*) *P'* 26 reditum *𝔐O'* reservatum *P𝔐P'O'*

putabamus iam nobis non posse eripi. sed graviora naufragia in terris positi sustinemus; nam quem non potuerunt naufragia ad mortem deducere strenuis natatibus evitata, eius mors coepit nobis esse naufragio. quid enim superest suavitatis quibus tam praedulce decus, tam clarum in his mundi tenebris lumen extinctum est, in quo non nostrae solum familiae, sed totius patriae decus occidit?

Habeo sane vobis, fratres dilectissimi, plebs sancta, maximam 28. gratiam quod non alium meum dolorem quam vestrum putatis, quod vobis accidisse hanc nostri creditis solitudinem, quod fletum totius civitatis, aetatum omnium, omnium ordinum nova quadam pietate defertis. non enim misericordiae privatae dolor, sed quoddam publicae officium et munus est gratiae aut, si qua vos mei tangit misericordia, quod talem fratrem amiserim, habeo fructum uberem, habeo vestri pignus affectus. mallem fratrem viventem, sed tamen publicum officium in secundis rebus iucundius est, in adversis gratius. neque vero mihi mediocre meritum tanti videtur 29. officii. neque enim otiose vel in actibus apostolorum Tabitha mortua flentes viduae describuntur vel in evangelio mota lacrimis viduae prosequens turba funus adulescentis inducitur, cui resurrectio debebatur; illam tamen Tabitham viduae, hunc tota civitas flevit. non ergo dubium est vestris lacrimis apostolorum patrocinium comparari, non inquam dubium est Christum misericordia motum, cum vos flentes videret. etsi nunc non tetigit loculum, suscepit tamen commendatum spiritum: etsi non appellavit corporis voce defunctum, divinae tamen potestatis auctoritate a cruciatibus

---

5 Ioh. 1, 5 19 Act. 9, 36 sqq. 20 Luc. 7, 12 sq., cf. Ioh. 11, 33 sqq.

---

2 poterunt *C* 5 clarum *ed. Paris. a. 1642* carum *libri* 9 dolorem meum *CH* 10 sollicitudinem *𝔄O''* 11 quod] quā *C* etatis *eras.* *𝔄* omnium *add. m2 in versu extremo P* 12 et ordinum omnium *P'O'* ordinum (*s.* omnium) *C* ordinum (*om.* omnium) *A𝔄* difertis (*corr. m3*) *B* differtis *L* 14 est *om. L* tanget *O' et* (-it *m2*) *PP'* 16 fratre vivente *CA* fratrem vivere *H* 17 iucundius *B* iocundius *cet.* 20 tabita *C* thabitha *A* thabita *𝔄O'* thabitā *O''* (*in quo* mortuā) 22 indicitur *𝔄* 23 est *om.* *𝔄* 26 non tegit (non teg *in ras.*) *C* non contigit *P'O'* 27 spiritum *CHA𝔄O'' om. cet.* voce corporis *HLO''* 28 tamen divinae *𝔄*

mortis et a nequitiae incursionibus eius animam liberavit: etsi non resedit in loculo qui erat mortuus, tamen requievit in Christo: etsi non locutus est nobis, tamen ea quae supra nos sunt cernit et quae potiora sunt nobis iam se videre laetatur. per ea enim quae in evangelio legimus quae futura sunt intellegimus, et praesentium species indicium futurorum

30. est. non opus fuit ei resurrectio temporalis, cui aeterna debetur. quid enim in hanc miseram et aerumnosissimam recideret labem atque in hanc flebilem vitam rediret quem raptum magis esse ex tam imminentibus malis urgentibusque periculis gaudere debemus? nam si pacato saeculo bellisque cessantibus raptum Enoch nemo deflevit, sed magis propheta laudavit, sicut de illo scriptura dixit: *raptus est, ne malitia mutaret cor eius*, quanto magis nunc iure dicendum est, cum ad saeculi lubricum vitae accedat ambiguum! raptus est, ne in manus incideret barbarorum, raptus est, ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorum funera, civium mortes, postremo ne sanctarum virginum atque viduarum, quod omni morte acerbius est, conluvionem videret.

31. Ego vero te, frater, cum vitae tuae flore tum mortis commoditate beatum arbitror. non enim nobis ereptus es, sed periculis, non vitam amisisti, sed ingruentium acerbitatum formidine caruisti. nam qua eras sanctae mentis misericordia in tuos, si nunc urgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres, quantum ingemisceres, quam doleres in Alpium vallo

---

12 Gen. 5, 24 13 Sap. 4, 11 21 cf. Sallust. *Iug.* 14, 20 sq.

---

1 a *alt. s. v. O', om. AHP'* spiritalis nequiciae *L* 4 sunt *pr. om. LO'O''* 5 per ea] propterea *P* 6 intellegamus *B* intellegaemus *P* indicium *om. C* 7 corporalis *L* 8 aerumnosam *H* 10 urguentibusque *PCA* atque ingentibus *O''* 11 CA^{υδε}RE (A *in ras.*, υδε *m2*) *B* pacato (a *alt. s. v. m2*) *BP* pęççato 𝔄 (a *s.* ęç) *O''* pacto (a *s.* o *m2*) *P'* 12 enoc *LO''* enohc *H* in hoc *O* hunc *A* profeta *B* 13 sicut (cut *m3 s. v.*) 𝔄 sic *BO* sed *C* scribtura *B*𝔄 scriptura de illo *L* 14 quanto (n *s. v.*) *B* nun *B* non *PO* nuntius edicendus est 𝔄 15 ad *HAO'' et* (d *s. v.*) *C* ab 𝔄 hoc *P'O* ob *cet.* 16 in *s. v. m3* 𝔄, *om. CHA* 18 ne postremo *CHA*𝔄*O''* 20 vero] enim *CH* florem *B et* (m *exp.*) *P* (m *eras.*) 𝔄 tũ 𝔄 (*ex* tuũ) *O* (t *in ras.*) te *P'O'* et *L* 22 acerbitatum (b *ex* u) *B*𝔄 acerbitatṽ (ṽ *ex* ẽ) *P'* 23 formidinem̦ *B* formidine (e *ex* ẽ) 𝔄 qua eras *ex* queras *m2 A* quae (*s.* vel qui) eras 𝔄 qui eras *cet.* sanctae *om. A* 24 nunc *m2 ex* non *P'* urgueri *P* (u *alt. exp. m2*) 𝔄 (i *in ras. ex* e) 25 ingemesceres *P* (*corr. m2*) *P'* dolores (doleres *in mg. m2*) *P*

summam nostrae salutis consistere lignorumque concaedibus construi murum pudoris! qua adflictione maereres tam tenui ab hoste discrimine tuos esse, ab hoste inpuro atque crudeli, qui nec pudicitiae parceret nec saluti! quonam inquam 32. haec modo ferres, quae nos perpeti et fortasse, quod gravius est, spectare cogemur, rapi virgines et avulsos a conplexu parentum parvos liberos supra tela iactari, incestari sacrata deo corpora et senilem viduae maturioris uterum in usus desuetos onerum redire, non pignorum? quonam inquam modo ista tolerares, qui etiam ultimo spiritu tui iam fortasse oblitus et adhuc nostri non inmemor de cavenda incursione barbarorum nos saepius admonebas commemorans non frustra te dixisse fugiendum, fortasse ideo quod nos destitui tua morte cernebas. quod non infirmitate animi, sed pietate faciebas, etsi infirmus pro nobis tamen firmus tibi, qui cum a viro nobili revocareris Symmacho tuo parente, quod ardere bello Italia diceretur, quod in periculum tenderes, quod in hostem incurreres, respondisti hanc ipsam tibi causam esse veniendi, ne nostro deesses periculo, ut consortem te fraterni discriminis exhiberes.

Felix igitur tam oportuno obitu, quia non es in hunc 33. servatus dolorem, certe felicior quam sancta soror, quae tuo solacio destituta, de suo pudore sollicita, duobus nuper beata germanis, nunc ex duobus fratribus aerumnosa neque alterum sequi potest neque alterum derelinquere, cui tumulus hospitium tuus et corporis tui sepulchrum est domus — atque utinam vel hoc tutum diversorium! — cibus in fle-

6 cf. Sallust. *Cat.* 51, 9   21 Verg. *Aen.* XI 159

1 salutis (u *s. v.*) *P*   concedibus *CHA𝔄* c̃cidibus *O''* congeriebus *L* congeribus *P'* (*corr.* congerie) *cet.*   2 maereris *B* mereris *P* (- es *m2*) *𝔄*   tam tenui] in tanto teneri *H*   3 discrimine tuos ab hoste *H*   discrimine *om. C*   esse ab *om. H*   crudeli *m2 ex* creduli *P*   5 hoc *BPLOO'*   6 cogimur *𝔄OO'O''*   conspectu *𝔄O''*   7 incestari *om. A*   9 desuetos(i *s.* e *pr.*) *B* dissuetos *L* desuetus (*corr.* - os) *C𝔄*   ñ redire (*om. postea* non) *𝔄*   10 ultimọ (i *s.* ọ) *B*   tui *om. P'LO et* (*in quo* spiritui) *O'*   11 fortasses (- is *m2*) *PO* fortassis *CHA𝔄P'O''* et *om. 𝔄*   16 revocareris *P* (ca *s. v. m2*) *𝔄* (e *s.* is, *sed eras.*) revocarere *HA*   17 in *ex* im *A*   18 tenderis (- es *m3*) *P*   19 causam tibi *CO'*   esse *s. v. m2 P*   periculi vel discriminis *A*   20 exiberis (-es *m3*) *B*   22 cservatus (c *eras.*) in hunc *P'*

tibus, potus in lacrimis. cibum etenim dedisti nobis panem
lacrimarum et potum dedisti nobis in lacrimis in mensura
34. aut fortasse ultra mensuram. nam quid de me loquar, cui
neque mori licet, ne sororem relinquam, neque vivere libet,
ne a te avellar? quid enim mihi sine te potest esse iucun-
dum, in quo omnis semper fuit nostra iucunditas, aut quid
diutius in hac vita degere iuvat atque in terris morari, in
quibus tamdiu iucunde viximus quamdiu simul viximus? etsi
esset quod hic delectare posset, sine te delectare non posset
et, si quando voluissemus inpense vitam producere, iam ta-
35. men sine te esse nollemus. haec intolerabilia. quid enim to-
lerabile sine tanto vitae comite, tanto laborum meorum
officiorumque consorte? cuius ego casum, quo esset tolera-
bilior, nec praemeditari potui — ita pavebat animus de illo
tale aliquid cogitare — non quo condicionem ignorarem,
sed quidam votorum usus sensum conmunis fragilitatis ob-
duxerat, ut de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem.
36. denique proxime cum gravi quodam atque utinam supremo
urgerer occasu, hoc solum dolebam, quod non ipse adsi-
deres lectulo ac votivum mihi cum sancta sorore partitus
officium morientis oculos digitis tuis clauderes. quid opta-
veram, quid rependo? quae vota deficiunt, quae ministeria
succedunt? aliud praeparabam, aliud exhibere conpellor, non
iam ipse ministerium funeris, sed minister. o dura oculorum
lumina, quae potuistis fratrem videre morientem! o inmites
et asperae manus, quae clausistis oculos, in quibus plus vi-

1 Psalm. LXXVIIII 6 4 Sallust. *Iug.* 14, 24

1 cibasti enim nos pane l. et potasti nos in *A* 2 mensurã *HL* 4 neq. emori 𝔐 5 avellar *AO''* revellar *CH*𝔐 evellar *cet.* iucundum *B* iocundum *cet.* 6 nostra semper fuit *P'* iucunditas *B* iocunditas *cet.* 7 degere (e *pr. ex* i *m3*) *B* 8 iucunde *B* iocunde *cet.* 9 delectare (- ri *m2*) *PP'* nos posset *HA*𝔐*O''* non (*s.* nos) posset *C* delectare (-ri *m2*) *P* delectari *O'* possit *B* (-et *corr. m1*) *O* (-et *m2*) *P* 11 nollemus (l *pr. s. v.*) *P*𝔐 quid ñ (ñ *s. v., om.* enim) *A* tollerabile *P* (l *pr. eras.*) *A* intolerabilius (in *s. v.*) 𝔐 16 conmunis *B* 17 secundam (m *del. m2*) *P* 18 suppremo *B* 19 urguerer *AO* occasum (m *eras.*) *A*𝔐 adsederes *B* (i *s.* e *pr.*) *P* (*corr. m2*) *O et* (e *pr. ex* i) *P'* adsedere 𝔐 21 digitis (is *ex* us) *B* obtaveram *BO''* 23 aliut *B* praeparaveram 𝔐 aliut *BO''* 25 inmitis *C* (- es *corr.*) 𝔐 26 clausisti *B et* (- is *m2*) *P* videba (ã *ex* ẽ) plus *C*

debam! o durior cervix, quae tam lugubre onus consolabili
licet obsequio gestare potuisti! haec tu, frater, mihi iustius 37.
exhiberes, haec ego a te expectabam, haec ego officia desiderabam: nunc vero ipse meae vitae superstes, quod sine te solacium capiam, qui solus maerentem solari solebas, excitare laetitiam, maestitudinem propulsare? qualem te nunc ego, frater, aspicio iam nulla mihi verba referentem, iam nulla offerentem oscula! quamquam ita mutuus semper utrique nostrum insederit amor, ut interiore potius foveretur adfectu quam forensi blanditia divulgaretur; neque enim aliorum quaerebamus testimonium, qui tantam nostri gratiam tenebamus. ita virilis se utrique nostrum germanitatis sucus infuderat, ut non blanditiis probare amorem, sed conscia mente pietatis interno amore contenti fucum blanditiarum non requirere videremur, quos et ipsa in amorem mutuum imago formaret; nescio qua enim expressiore mentis quam
corporis similitudine alter in altero videbamur. quis te aspe- 38.
xit, qui non me visum putaret? quotiens aliquos salutavi, qui, quoniam te prius consalutaverant, se a me iam dicerent salutatos! quanti tibi dixerunt aliquid, qui se mihi dixisse memorarent! quae mihi hinc gaudia, quanta frequenter oborta laetitia, quod eos errare in nobis cernerem! quam gratus error, quam iucunda prolapsio, quam religiosa fallacia, quam suavis calumnia! neque enim de tuis erat aliquid aut factis aut sermonibus, quod timerem, qui mihi tua laetabar ad-
scribi. tamen si vehementius tenderent, quod se mihi aliquid 39.
intimasse memorarent, respondebat ridens et gaudens: vi-

22 Verg. *Aen.* X 392

1 consolabili (o *alt. ex* u) *B* 2 iustius (i *alt. s. v.*) *B* 3 *ante* officia *add.* a te *H* 4 vitae meae *A* 5 consolari *H* solebas (e *in ras.*) *B* 6 maesticiam *CH𝔄L* nunc te *C* 7 ergo nunc (*om.* ego) *A* aspiciã *A* (-io *corr.*) *et* (*om.* iam) *P'* 9 insederit (insideret *m3*) *B* 10 aspectu *A* 11 testimoniṽ (ṽ *ex* a) *P* 13 conscia mente] conscientia teste *C* (teste *s. v., in mg.* al. mente; *idem post* pietate *add.* mente, *sed del.*) *HA* 14 sucum *C* suc̣cum *L, om. A* 16 q̇ua ėnim *𝔄O* quę nr̃i *P'O'* quam *L* expressiore *B* (ne *in mg. m3*) *O* (ne *s.* re *m2*) expressionem *P* (m *eras.*) *P'LO'* expressione *cet.* qua *HA𝔄P'O'* atque *O* 17 similitudinem *BP'LO'* sollicitudine (e *ex* ẽ) *O* 19 salutaverant *H* 23 iucunda *B* iocunda *cet.* 25 adscribta. ṃẹṇ (nam *s.* ṃẹṇ) *𝔄* 26 contenderent *CHA* 27 respondebaṭ (m *s.* ṭ *m2*) *P* respondebãt (t *eras.*) *O''* respondebam *CHA𝔄P'O*

dete ne fratri dixeritis. nam cum omnia nobis essent nostra communia, individuus spiritus, individuus affectus, solum tamen commune non erat secretum amicorum, non quo conferendi periculum vereremur, sed tenendi servaremus fidem. sane si consilio pendenda res esset, erat semper commune consilium, non semper commune secretum. nam etsi amici alteri nostrum dicerent, ut dicta sua ad alterum pervenirent, tamen scio plerumque conplacito ita fidem secreti esse servatam, ut nec fratri committeretur; erat enim fidele indicium et extraneo non esse proditum quod non esset cum fratre conlatum.

40. His igitur tantis ac talibus bonis in excessum quendam fateor mentis elatus superstitem me timere desieram, quod illum vita crederem digniorem, et ideo excepi plagam, quam ferre non possum; tolerabiliora enim tanti doloris praemeditata quam inexplorata vulnera. quis iam maestum solabitur, quis adflictum levabit? cum quo participabo curas, quis me ab istius mundi vindicabit usu? tu enim actor negotiorum, censor servulorum, arbiter fratrum, non litis, sed

41. pietatis arbiter. nam si quando aliquid cum sancta sorore mihi conferendum fuit, utra melior videretur sententia, te iudicem sumebamus, qui nulli laederes os atque utrique satisfaceres. et amandi affectum tenebas et censendi modum, ut et utrumque gratum dimitteres et utriusque tibi gratiam vindicares. aut si ipse aliquid disceptandum deferres, quam grata contentio tua, quam sine felle ipsa indignatio, quam

22 Terent. *Adelph.* 864 (V 4, 10)

1 nostra essent *P'* 2 spiritus individuus *om.* 𝔐 3 amicorum secretum 𝔐 6 etsi (et *s. v.*) *P* 7 ita alteri *CHA* alterutrum *CH* 8 scio *s. v. H*, sic *A* conplacito *scripsi* conplacitum *libri; minus commendatur, si in eis quae sequuntur* servandam *scripseris* 15 tolerabilia *AP'* laboris *H* 16 inexplorata *A* explorata *cet.* consolabitur *P'* 17 levavit 𝔐 18 usura 𝔐 auctor *PCHA𝔐LOO'* 21 utra *CHO''* utraq. (q. *eras.*) *A* ultro *O* ultra *B* (l *exp.*) *P* (l *eras.*) 𝔐 (*exp. et s.* utrum) *cet.* videretur *C* (re *s. v.*) *HA𝔐O''* videbatur *cet.* 22 nulli *CAO''* nullius *H𝔐P'* nullum *cet.* laederes os (os̃ *C*) *CHA𝔐OO''* laederis (-es *m3*) *B* laederes *cet.* satisfacere gestiens *CHA𝔐O''* 23 tenebas affectum *H* 24 dimitteres (dimitte *in ras.*) *B* (*in quo* et utriusque . . . vindicares *s. v. m. ant.*) 25 si ipse] subse *C* deferres *CHA𝔐O''* diferres *OO'* differres *B* (es *ex* is *m3*) *cet.* 26 ipse (a *s.* e) 𝔐 indignatio tua *H*

servulis ipsis coercitio non amara, cum te fratribus magis
deferre quam ex affectu diceres vindicare! nobis enim pro-
fessio repressit studia cohercendi, immo tu, frater, ab omni
nos abducebas coercitionis affectu vindicare pollicens et
lenire desiderans. non mediocris igitur prudentiae testimo- **42.**
nium, quae ita a sapientibus definitur: bonorum primum
esse deum scire et verum illud atque divinum pia mente
venerari, illam amabilem et concupiscendam aeternae pul-
chritudinem veritatis tota mentis caritate diligere, secundum
autem in proximos a divino illo fonte atque caelesti naturae
derivare pietatem, quod etiam mundi sapientes nostris hau-
sere de legibus. neque enim derivare ista in hominum di-
sciplinas nisi de caelesti illo divinae legis fonte potuissent.
quid igitur observantiam eius erga dei cultum praedicem, **43.**
qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysteriis, in nau-
fragio constitutus, cum ea qua veheretur navis scopuloso
inlisa vado et urgentibus hinc atque inde fluctibus solve-
retur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysterii exiret
e vita quos initiatos esse cognoverat, ab his divinum illud
fidelium sacramentum poposcit, non ut curiosos oculos in-
sereret arcanis, sed ut fidei suae consequeretur auxilium.
etenim ligari fecit in orario et orarium involvit in collo atque
ita se deiecit in mare non requirens de navis conpage re-
solutam tabulam, cui supernatans iuvaretur, quoniam fidei

---

6 haec ex gnomologio petita esse videntur; cf. Stob. *Flor.* III 79 β et 80 (I 172 β et 173 H.), cf. Catonis *dist. sent.* 17 Verg. *Aen.* I 112

---

1 cohercitio *A𝔄P'L* cohertio *OO''* 2 differre *P'* diferre *O'* ex *om. P* vindicari *A* 3 coercendi *CH* cohercendi (h *eras.*, c *alt. s. v. m2*) *P* immo** (o *in ras.*, tû *s. ras. m2*) *P* in motu *L* frater *om. 𝔄* 4 deducebas *A* cohercitionis *A𝔄P'LO'* cohertionis *OO''* 5 lenire *B* (i *s.* e *pr.*) *P* (e *pr. ex* i *m2*) linire *O'* 6 omnium bonorum (*om.* definitur) *L* 7 et] et tunc *A* et tu *𝔄* verum sci (sci *del.*) *H* 10 fonte *CHA𝔄*, *post* caelesti *transponunt OO''*, *om. cet.* *fort.* natura 11 derivare *CHAP' et* (e *pr. ex* i *m2*) *O* dirivare *cet.* 12 derivare (i *s.* e *pr.*) *B* dirivare *PP'LO''* disciplinas potuissent *P'O'* 13 potuissent (*s.* otui *ras.*) *P* potassent *P'O'* [b]potuissent [a]fonte *H* 14 cultum dei *P'* 15 in *om. P'* 16 constitutus *B* (tu *pr. s. v.*) *O'* (tu *alt. s. v. m2*) constitus *𝔄* scopoloso *𝔄* in scopuloso *P* 17 inlisa (*eras.*) inlisa *B* urguetibus *A* urguentibus *O* 20 inferret *ed. Paris. a. 1642* 21 arcanis *BC* archanis *A* (*in quo* in archanis insereret) *𝔄* (h *s. v. m2*) *cet.* 22 ligari *P* (*extra v. m2*) *B* (i *ex* e) largiri *O'* oratio (r *s.* t) *P* oratorio (to *eras.*) *A* 23 resolutam (resoluta *C*) tabulam *CHA𝔄* resoluta (soluta *O'*) tabula *cet.* 24 supernat* ans (r *eras.*) iuvaretur *P* superna transiuvaretur (va *s. v.*) *P'*

solius arma quaesierat. itaque his se tectum atque munitum
44. satis credens alia auxilia non desideravit. simul fortitudinem eius spectare licet, qui fatiscente remigio non quasi naufragus tabulam sumpserit, sed quasi fortis ex se ipso adminiculum suae virtutis adsumpserit. nec deseruit spes nec fefellit opinio. denique primus servatus ex undis et in portum terrenae stationis evectus praesulem suum, cui se crediderat, recognovit statimque, ubi etiam ceteros servulos suos vel ipse liberavit vel liberatos conperit, neglegens facultatum nec amissa desiderans dei ecclesiam requisivit, ut ageret gratias liberatus et mysteria aeterna cognosceret pronuntians nullum ad referendam gratiam maius esse officium. quodsi homini non referre simile homicidio iudicatum est, non referre deo quantum crimen est!

45. Est ergo prudentis agnoscere se ipsum et quemadmodum a sapientibus definitum est secundum naturam vivere. quid est enim tam secundum naturam quam referre auctori gratiam? aspice caelum hoc: nonne auctori refert gratiam, cum videtur? *caeli* enim *enarrant gloriam dei et opera eius adnuntiat firmamentum.* mare ipsum cum sedatum atque tranquillum est, divinae serenitatis testatur indicium, cum movetur, indignatio superna terrori est. nonne omnes dei gratiam iure mirantur, cum advertimus quod insensibilis natura quadam sensibili ratione suos fluctus coerceat et finis suos unda cognoscat? nam de terris quid loquar, quae divino oboedientes praecepto omnibus sponte animantibus

---

15 cf. Stob. *Flor.* III 79 γ et 80 (I 172 γ et 173 H.) 16 cf. Cic. *de fin.* V 9, 25 19 Psalm. XVIII, 2 25 Proverb. 8, 29 26 Gen. 1, 11

---

2 disideravit (*corr. m3*) *B* 3 expectare *A* (*corr. m2*) *O'* fatescente *P* (e *pr. ex* i *m2*) *P'O'* remigio (i *alt. s. v.*) *P* 4 supersederit *L* amminiculum 𝔄 *P'L* 7 cui] ubi (*s. m2* vel cui) *A* credederat (i *s.* e *alt.*) *B* 12 referenda gratia *CA*𝔄 referendę gratię *H* 13 referret *BPP'L et* (t *eras.*) *O* 14 quantum crimen est non referre deo *CHA, om.* 𝔄 15 prudentes *B* (i *s.* e *alt.*) *P* (-is *m2*) cognoscere *L* 17 enim est *CHO''*, est *om. L* referre (re *pr. s. v.*) *B* 18 actori *A* victori 𝔄 19 ennarrant *B* 20 opera manuum eius *HA*𝔄*P'LO'O''* annuntiant *CP'* adnuntiant 𝔄 21 serenitatis divinae *A* 22 cum (u *ex* o *m2*) movetur *B* cõmovetur *O'* supernæ (e *alt. add. m3*) terroris (s *s. v. m3*) *B* 23 gratiam dei *A* quia (*m2* quod) *A* 24 coherceat *P* (h *eras.*) coerceat *CHP'* choerceat *O''* 25 finis *B m1* fines *B m3 cet.* 26 oboedientis *B* (-es *m3*) *L* (-es *corr. m1*)

pabulum subministrant atque id quod acceperint agri velut
crescentibus usuris multiplicatum cumulatumque restituunt? 46.
ergo ille qui natura duce divini rationem operis igneo mentis
vigore perceperat scivit primo omnium servatori suo gra-
tiam esse referendam, sed quia referre non poterat, habere
poterat. est enim huiuscemodi gratiae vis, ut et cum refer-
tur, habeatur et habendo referatur. referebat igitur gratiam,
deferebat fidem. nam qui tantum mysterii caelestis involuti
in orario praesidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur,
si ore sumeret et toto pectoris hauriret arcano, quam maius
putabat fusum in viscera quod tantum sibi tecto orario pro-
fuisset. sed non ita avidus, ut esset incautus; scimus enim 47.
plerosque aviditate studii praetermittere cautionem. advo-
cavit ad se episcopum nec ullam veram putavit nisi verae
fidei gratiam percontatusque ex eo est utrumnam cum epi-
scopis catholicis, hoc est cum Romana ecclesia conveniret.
et forte ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia
erat. Lucifer enim se a nostra tunc temporis communione
diviserat et, quamquam pro fide exulasset et fidei suae re-
liquisset heredes, non putavit tamen fidem esse in schismate.
nam etsi fidem erga deum tenerent, tamen erga dei eccle-
siam non tenere, cuius patiebantur velut quosdam artus
dividi et membra lacerari. etenim cum propter ecclesiam
Christus passus sit et Christi corpus ecclesia sit, non vi-
detur ab his exhiberi Christo fides, a quibus evacuatur eius

3 Verg. *Aen.* VI 730 6 Cic. *pro Cn. Plancio* 28, 68; cf. Gell. I 4 24 Coloss. 1, 24

1 papulum *C* 3 nature (a *s.* ẹ) 𝔄 divinæ (- ã *m3*) 𝔄 dum (*om.* duce) *P'* 6 gratịa vis 𝔄 gratia eius *LO'* vis *extra v. m2 P* 7 habebatur (b *pr. ex* u, b *alt. del.*) *P* 8 involutũ 𝔄 9 orario (o *alt. ex* ũ) *A* 10 arcano *BC* archano 𝔄(h *s. v. m3*) *A* (o *ex* ũ) *H* (*in quo* archano hauriret) *cet.* magis *P'O'* 11 tectum *CHAO''* 12 avidus fuit *H* ut *om.* *A*𝔄 14 putabit (-vit *corr.*) *BP* putabat *P'* verae *CHA, om. cet.* 15 percunctatusque *B* (cunc *m3 ex* con) *A* (cunc *ex* con *m2*) *O'* perconctatusque *P* (c *alt. s. v. m2*) percuntatusque *L* percọntatusque (v *s.* ọ *m2*) *O* 16 *ante* hoc est *add.* hoc est cum episcopis catholicis *P, del. m2* 17 locorum *CHAP'*𝔄*O''* lucrum *P* (*s.* loci) *O'* (*in quo* loci lucrum) *cet.* schismatae *B* schismate *P et* (h *exp. m2*) *O* scismate *cet.* 19 exṣulasset *A* exulasset *P* (l *in ras.*) *CH*𝔄*P'OO'* exsultasset *BO''* exultasset *L* 20 potavit (v *s.* o) *B* potuit *O''* schismatae *B et* (a *alt. del.*) *P* schismate (h *exp. m2*) *O* cismate *O'* scismate *cet.* 21 dei *om.* 𝔄 22 tenere *scripsi* tenebant *A* tenerent *cet.* 25 a christo 𝔄 (a *eras.*) *P'* (a *del.*)

48. passio corpusque distrahitur. itaque quamvis gratiae faenus
teneret et metueret tanti nominis debitor navigare, tamen
eo transire maluit, ubi tuto posset exolvere; iudicabat enim
divinae solutionem gratiae in affectu ac fide esse. quam qui-
dem statim ubi primum copia liberior ecclesiae fuit, implere
non distulit deique gratiam et accepit desideratam et ser-
vavit acceptam. nihil igitur ea prudentia sapientius, quae
divina et humana secernit.
49. Nam quid spectatam stipendiis forensibus eius facun-
diam loquar? quam incredibili admiratione in auditorio prae-
fecturae sublimis emicuit! sed malo illa laudare quae per-
50. ceptis mysteriis dei duxit humanis esse potiora. fortitudinem
quoque eius si quis plenius spectare volet, consideret quo-
tiens post naufragium invicto quodam contemptu vitae huius
maria transfretaverit diffusasque regiones obeundo peragra-
rit, postremo quod hoc ipso tempore periculum non refugerit,
sed ad periculum venerit patiens iniuriae, neglegens frigoris
— atque utinam sollicitus cautionis! — sed hoc ipso beatus,
quod dum licuit vigore uti corporis, inoffenso ad exsequenda
quae vellet functus iuventatis officio vitam vixit, debilitatem
51. ignoravit. qua vero prosecutione simplicitatem eius disse-
ram? ea enim est quaedam morum temperantia mentisque
sobrietas. date quaeso veniam et permittite dolori meo, ut
de eo mihi paulo uberius liceat loqui, cum quo iam non con-
ceditur conloqui. certe et vobis proficit ut advertatis non
fragilitate quadam vos hoc officium, sed iudicio detulisse

1 distraitur *B* (a *ex* e *m2*) *P'O''* 3 malluit *P* exolvere *BO* exsolvere *cet.* iudicavit 𝔄*P'* 4 solutione *BP* ac] et *H* 6 deique] dei *CH* 9 expectatam 𝔄 in stipendiis *CHA* fa*cundiam *P* 10 loquor *H* quae *CHO''*, *om. L* adiutorio (*corr. m2*) *P* praefecturae sublimis *om. CHA* 11 mallo *O'' et* (l *pr. exp.*) *PP'* illā *B* 12 dixit *AL et* (*ex* duxit) *O* dixi (u *s.* i *pr.*) *O'* 13 plenius (i *s. v.*) 𝔄 voluerit *A* 14 invictus (s *s. v.*) 𝔄 15 trasfretaverit *C et* (trans *corr.*) *O* peragraret *B* (ret *ex* rit *m3*) *P* (- it *corr.*) *O''* peragravit (r *s.* v. *m3*) 𝔄 peragraverit *A* 16 refugerit (- et *m3*) *B* 17 ad (d *s. u.*) *P*𝔄 veneret (venirit *m3*) *B* 19 inoffensio (i *alt. eras.*) *B* exsequenda *BP*𝔄*L* exequenda *cet.* 20 vellit *B* (l *pr. exp.*) *P* (- et *m2*) iuventatis *B* (v *s.* a *m3*) *C* (u *s.* a) 𝔄 (v *s.* a *m3*) *A* iuventutis *cet.* 21 ignoravit (v *in ras.*) *B* persecutione *CP'* edisseram *CH*𝔄*O''* aedisseram *A* 23 datae *B* 24 conceditur (con *s. v.*) 𝔄 liceat *P'* 26 indicio 𝔄

nec misericordia mortis inpulsos, sed virtutum honorificentia
provocatos; *anima* enim *benedicta omnis simplex*. tanta autem
simplicitas, ut conversus in puerum simplicitate illius aetatis
innoxiae, perfectae virtutis effigie et quodam innocentium
morum speculo reluceret. intravit igitur in regnum caelorum,
quoniam credidit dei verbo, quoniam sicut puer artem rep-
pulit adulandi, iniuriae dolorem clementer absorbuit quam
inclementius vindicavit querellae quam dolo promptior, sa-
tisfactioni facilis, difficilis ambitioni, sanctus pudori, ut fre-
quenter in eo superfluam magis verecundiam praedicares
quam necessariam quaereres. sed numquam superflua fun- 52.
damenta virtutis; pudor enim non revocat, sed commendat
officium. itaque velut quadam virginali verecundia suffusus
ora cum vultu affectum proderet, si forte aliquam subito
veniens offendisset parentem, veluti depressus et quasi de-
mersus in terram, licet in ipso nequaquam dissimilis coetu
virorum, rarus adtollere os, elevare oculos, referre sermo-
nem. quod pudico quodam mentis pudore faciebat, cum quo
castimonia quoque corporis congruebat. etenim intemerata
sacri baptismatis dona servavit mundo corpore, puriore
corde, non minus adulterini sermonis obprobrium quam cor-
poris perhorrescens, non minorem ratus pudicitiae reveren-
tiam deferendam integritate verborum quam corporis casti-
tate. denique in tantum castimoniam dilexit, ut nec uxorem 53.
expeteret. licet in eo non solum castitatis adpetentia fuerit,
sed etiam pietatis gratia. miro autem modo et coniugium
dissimulabat et iactantiam declinabat tantaque erat dissimu-
latio, ut nobis quoque urgentibus differre magis consortium

---

2 Proverb. 11, 25 3 Luc. 18, 16 sq. 7 I Petr. 2, 23

---

1 misericordia *A* (*m2* miseria) 𝔄 (*s.* vel miseria) 2 provocatus *B* (-os *corr.*) *L* tantae a. simplicitatis erat *H* 3 in] ad 𝔄 simplicitatẽ *CA*𝔄*L* 4 effigiæ *C* effigiem *BLO'* effigiæṁ *P* quadam *P* (o *s.* a *pr. m2*) *O''* innocentiae 𝔄 5 murum *P'* 7 quam clementius *CHA* 8 querellae *B* quaerelae *A*𝔄*H et* (a *pr. exp. m2*) *PO''* querelae *cet.* doli *A* satisfactioni (ni ex ne) 𝔄 9 ambitioni (i *ult. ex* e) *B* pudori (ri *ex* re) *B* 13 verecundia (e *alt. ex* i *m3*) *B* suffusum *BPP'LOO'* 14 affectus 𝔄 aliquam (e *s.* a *m2*) *P* aliquẽ *O'* 15 veluti *B* velut *cet.* 20 mundus *L* purior *CHALO''* durior 𝔄 23 castitatem *BPPO'* 24 nec] ne 𝔄 25 expeteret *CHAO''* exspectaret *cet.* 26 gratia pietatis *C* gratiam 𝔄

quam refugere videretur. hoc unum itaque fuit, quod nec fratribus crederet, non aliqua cunctationis haesitantia, sed virtutis verecundia.

54. Quis igitur non miretur virum inter fratres duos, alteram virginem, alterum sacerdotem, aetate medium, magnanimitate non inparem ita inter duo maxima munera praestitisse, ut alterius muneris castitatem, alterius sanctitatem referret non professionis vinculo, sed virtutis officio? ergo si libido atque iracundia reliquorum vitiorum educatrices sunt, iure castitatem atque clementiam dixerim quasdam virtutum parentes, quamquam pietas quoque ut omnium principatus bonorum ita etiam seminarium virtutum est ce-
55. terarum. nam de parsimonia quid loquar et quadam habendi castitate? is enim non quaerit aliena qui sua servat nec inflatur inmodico qui contentus est proprio. nihil ergo aliud nisi proprium recuperare voluit, magis ne fraudaretur quam ut ditaretur; nam eos qui aliena quaererent recte accipitres pecuniae nominabat. quodsi *radix malorum omnium ava-*
56. *ritia est*, utique vitia exuit qui pecuniam non requirit. non umquam accuratioribus epulis aut congestis ferculis delectatus nisi cum amicos rogaret, quantum naturae satis esset, non quantum voluptati superesset requirens. et certe erat non pauper opibus, sed tamen pauper spiritu [*quoniam ipsorum est regnum caelorum*]. de istius beatitudine nequaquam utique dubitare debemus, qui neque ut opulens exultavit in divitiis neque ut pauper exiguum quod habuit iudicavit.

---

17 Plaut. *Pers.* 409 (III 3, 5) 18 I Tim. 6, 10 23 Matth. 5, 3

---

1 quo *P'* 2 aliqua (a *alt. ex* ã) 𝔄 inhaesitantia *H* 3 verecundia (e *alt. ex* i *m3*) *B* 4 alteram *B* (v *s.* a *alt.*) *L* (a *alt. in ras.*) 5 alterũ (ũ *ex* ã) *P* 6 maxima (ma *alt. s. v.*) munera (u *ex* a) *P* 7 praestitisse (per- *m3*) *B* minoris *H* 10 quasdam n̈ä *B* 11 parentes (es *ex* is) *A* 14 castitatem *BO''* *et* (m *exp.*) *P* 15 inproprio 𝔄 16 recuperare (a *ex* e) *P* 17 quaerunt *H* acceptrices (*corr. m1*) *C*𝔄 acceptores *P'O'* acciperes *O''* 18 quodsi *CHA*𝔄*LO''* quod *cet.* avaritia (a *ult. ex* ã) *A* 19 quaerit *A* relịnquit (it *ex* et) 𝔄 20 delectatus est *H* 21 amicos ad ẹpulas *H* 23 quoniam … caelorum *om. dett. quidam Maurinis testibus, qui haec verba deleverunt, ac sane a quodam in margine adscripta esse videntur* 25 opulentus *L*

Superest ut ad conclusionem cardinalium virtutum etiam 57.
iustitiae partis in eo debeamus advertere. nam etsi cognatae
sint inter se concretaeque virtutes, tamen singularum quae-
dam forma expressior desideratur maximeque iustitiae. ea
enim sibi parcior foris tota est et quidquid habet quadam
inclementia sui, dum rapitur amore communi, transfundit in
proximos. sed huius multiplex species, alia erga propinquos, 58.
alia erga universos, alia erga dei cultum vel adiumentum in-
opum. itaque qualis in universos fuerit provincialium quibus
praefuit studia docent, qui parentem magis fuisse proprium
quam iudicem loquebantur, gratum piae necessitudinis ar-
bitrum, constantem aequi iuris disceptatorem. inter fratres 59.
autem qualis fuerit, licet omne hominum genus benivolentia
conplecteretur, indivisum patrimonium docet nec distributa
aut delibata, sed reservata hereditas. etenim pietatem sibi
causam negavit esse testandi. nam hoc quoque ultimo ser-
mone signavit, cum quos dilexerat commendaret, sibi nec
uxoris arbitrium fuisse ducendae, ne a fratribus divelleretur,
nec testamenti faciendi voluntatem, ne nostrum in aliquo
arbitrium laederetur. denique et oratus et obsecratus a nobis
nihil tamen condendum putavit, non oblitus pauperum, sed
tantum obsecrans esse tribuendum quantum nobis iustum
videretur. quo uno satis et divini timoris expressit indicium 60.
et humanae edidit religionis exemplum. nam quod paupe-
ribus contulit deo detulit, quoniam *qui largitur pauperi deo
faenerat*, et postulando quod iustum est non exiguum, sed
totum reliquit. haec enim summa iustitiae vendere quae

---

25 Proverb. 19, 17 27 Matth. 19, 21

---

1 ad *A* (*s. v.*) 𝔄 (d *s. v.*) 2 partis *B* (-es *m3*) *P* (-es *m2*) partẽ *L* 3 sint *BCO* sunt *cet.* 4 forma *A* (a *ex* ã) formę (a *s.* ę) 𝔄 forma et *PP'LOO'* expressio *BPP'LOO'* 6 transfundit (t *alt. s. v.*) *B* 7 multiplex est *L* ergọ (a *s.* ọ) 𝔄 9 in *s. v.* *A*, erga *L* 11 arbitrium (i *alt. eras.*) *A* 12 disceptatiorem (i *alt. eras.*) *B* 15 pietatem (m *eras.*) *PA*𝔄 pietate *OO''* 16 esse negavit *H* ṭẹṣtestandi *B* 17 cum *CHAO''* ẹum (c *s.* ẹ *m2*) 𝔄 ut *B* (*in ras. ex* cum) *cet.* 18 docende 𝔄 nec (c *eras., om.* a) *P* 19 faciụndi (e *s.* ụ *m3*) 𝔄 21 non] nec *L* *post* oblitus *add.* tamen *O''* 23 iudicium 𝔄 26 feneratur deo *A* fęnerat *O* fęneratur 𝔄 fenerator (v *s.* o) *H* foenerat *P'* fenerat *cet.* 27 relinquid 𝔄 est enim *A* enim est *HO''* quod *P'*

habeas et conferre pauperibus; qui enim *dispersit, dedit*
pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. ergo dispensatores
nos, non heredes reliquit; nam hereditas successori quae-
ritur, dispensatio pauperibus obligatur.
61. Unde non inmerito quantus fuerit hodie quoque per
vocem lectoris parvuli spiritus sanctus expressit: *innocens*
manibus et mundo corde, qui non accepit in vanum animam
suam nec fecit proximo suo dolum. haec generatio requirentium
deum. hic ergo et *in montem domini ascendet et in taberna-*
culo habitabit dei, quia ingressus sine macula operatus est
iustitiam, locutus est veritatem, non decepit proximum nec pe-
cuniam faeneratus est suam, qui semper voluit recuperare he-
reditariam. agnosco oraculum; quod enim nulla ordinavit
62. dispositio spiritus revelavit. quid vero illud recenseam quod
supra ipsam iustitiam pietate progressus, cum quaedam in-
cubatori communium fructuum mei contemplatione muneris
putasset esse tribuenda, largitatis me iactabat auctorem,
portionis suae lucrum ad commune consortium conferebat?
63. Haec et alia quae mihi tunc erant voluptati maxime
nunc recordationem doloris exasperant. manent tamen erunt-
que semper nec tamquam umbra praeterierunt; neque enim
virtutis gratia cum corpore occidit nec idem naturae meri-
torumque finis, licet ipsius naturae usus non in aeternum
64. occidat, sed temporali quadam vacatione requiescat. talibus
igitur perfunctum virtutibus, ereptum periculis desiderio

---

1 Psalm. CXI 9 6 Psalm. XXIII 4 et 6 9 Psalm. XIIII 1-3, XXIII 3 21 Psalm. CXLIII 4

---

1 et dare *A* quiḍ (ḍ *eras.*) *B* et dedit *A* 2 despensatores *B* 4 oblegatur *B* (i *s.* e) *PL* 7 vano *PHA* 8 malum 𝔐 haec est *CHA𝔐O''* quaerentium *A𝔐* 9 dm̃n *A* ascendit *HA𝔐 et* (- et *corr.*) *P'* 10 habitabit (bita *s. v.*) *C* habitavit 𝔐 qui *L* est *om.* 𝔐 11 quod non 𝔐 12 faeneratus *H𝔐* foeneratus *P'* feneratus *cet.* hereditatem 𝔐 13 agnosce *P'* 17 mee 𝔐 *et* (e *alt. eras.*) *PO'* meȩ *L* 19 in voluptate (e *ex* i *m2*) 𝔐 maximae *BC* 20 recordatione *H* dolorem *A et* (*om.* nunc recordationem) *L* exasperavi *CH* manent ... praeterierunt *in mg. inf. m2 P, om. L* 21 praeterierunt *B, in mg. dextro* vel praeter *reliquis abscisis; fuit sine dubio* praetereunt enim *om. CH* 22 corp^ore (p *ex corr. et* ore *m2*) *B* 22 natura 𝔐 meritumque *P'* 24 vocatione *H𝔐OO' et* (va *in mg. m2*) *L* 25 perfunctum (n *s. v. m3*) *B* perfructum *P'* (vel functũ *s.* fructum) *C* (func *s.* fruc)

magis quam amissione flebo. suadet enim ipsa oportunitas
mortis, ut prosequendum magis gratia quam dolendum pu-
temus. scriptum est enim in communi dolore proprium
vacare debere; neque enim prophetico sermone uni illi mu-
lieri quae figuratur, sed singulis dicitur, cum ecclesiae dic-
tum videtur. dicitur ergo et ad me et dicit scriptura cae- 65.
lestis: hocine doces, sic instituis dei plebem? an nescis
quia exemplum tuum periculum ceterorum est? nisi forte
exauditum non esse te quereris. primum istud adrogantis
est inpudentiae mereri solum velle quod multis etiam sanctis
negatum noveris, cum scias quia *non est personarum ac-
ceptor deus*. nam etsi misericors deus, tamen si semper
exaudiret omnes, non iam ex voluntate libera, sed ex qua-
dam velut necessitate facere videretur, deinde cum omnes
rogent, si exaudiret omnes, nemo ergo moreretur. pro quantis
cotidie rogas! numquid constitutio dei contemplatione sol-
venda est tui? cui ergo non inpetratum aliquando doles
quod non semper impetrabile esse cognoscis? *stulte* inquit 66.
*super omnes mulieres, nonne vides luctum nostrum et quae
nobis contigerunt? quoniam Sion mater nostra omnium in tri-
stitia contristatur et humilitate humiliata est? lugete validissime
et nunc, quoniam omnes lugemus, et tristes estis, quoniam
omnes contristati sumus. tu enim contristaris in fratre? in-
terroga terram, et dicet tibi quoniam haec est quae debeat lu-
gere tantorum superstes germinum. et ex ipsa inquit initio
omnes nati et alii venient et ecce paene omnes in perditionem
ambulant et in exterminium fit multitudo eorum. et quis ergo*

---

3 Hesdr. IIII 10, 6 sqq. 11 Act. 10, 34 18 Hesdr. IIII 10, 6-11

---

1 suadet (e *ex* i *m2*) 𝔄 2 gratiam (m *exp. m2*) *P* putamus *A* 3 scribtum *B et* (scriptum *m3*) 𝔄 dolore (i *s.* e) *A* 4 profetico *B*𝔄 6 dicit ergo 𝔄 ad (d *s. v.*) *B* scribtura *B*𝔄 7 hoccine 𝔄 (c *alt. s. v.*) heccine *A* hoc in eo *CH* hoc me *cet.* instudiis *C* instruis *A* 9 quaereris 𝔄 (a *exp.*) *P' et* (is *ex* es) *P* quereres *O'* quereres *BL* istud (i *s. v.*) *B* 12 etsi] et *CH*𝔄 si] etsi *L* 13 iam non 𝔄 volumtate *B* non iam ... omnes *om. P'* 17 doles (e *ex* i *m2*) *B* 20 sion *BPAO''* si ñ 𝔄 sion *cet.* 21 validissimae *B* evalidissime (e *pr. eras.*) *P* validissimi *C* valedissimi (- me *corr.*) 𝔄 22 estis (is *ex* e) *C* estote *A* est *L* sitis *O''* 23 omnes (e *ex* i *m2*) *B* *fort.* tu autem 24 debebat *H* 25 ab initio (*om.* inquit) *A* 26 pone *C* penes *H* 27 et *om. P'L* exterminium (i *alt. s. v.*) *P* exterminum *O'*

debet lugere magis nisi quae tam magnam multitudinem per-
67. *didit quam tu qui pro uno doles?* absorbeat igitur nostrum dolorem communis dolor et acerbitatem proprii maeroris excludat. non enim dolere debemus eos quos cernimus liberatos; neque enim otiose tam sanctas hoc tempore animas corporeis vinculis reminiscimur absolutas. namque velut divino iudicio tam graves viduas ita uno tempore defunctas videmus, ut profectionis quidam videatur excessus, non mortis occasus, ne veterana emeritis stipendiis pudicitia dubium diu servati pudoris incideret. quos gemitus mihi, quos dolores tam acerba excitat recordatio! etsi maeroribus non vacabam, tamen in ipso dolore privato, in ipso tantorum amisso flore meritorum communis quaedam naturae me condicio solabatur defixusque in uno dolor acerbitatem publici funeris dome-
68. sticae specie pietatis obduxerat. repeto ergo, sacra scriptura, solacia tua; iuvat enim tuis praeceptis, tuis sententiis immorari. quam *facilius est caelum et terram praeterire quam de lege unum apicem cadere!* sed iam audiamus quae scripta sunt. *nunc* inquit *retine aput temet ipsum dolorem tuum et fortiter fer qui tibi contigerunt casus. si enim iustificaveris terminum dei, et filium tuum recipies in tempore et in mulieribus conlaudaberis.* si hoc ad mulierem, quanto magis ad sacerdotem? si de filio, non utique absurdum etiam de fratrum amissione talia posse memorari, quamquam si mihi fuisset filius, numquam eum amplius dilexissem. nam sicut in obitu liberum effusi labores, suscepti frustra dolores maerorem videntur augere, ita etiam in fratribus consuetudinis usus atque collegii acerbitatem doloris accendunt.

---

17 Luc. 16, 17 19 Hesdr. IIII 10, 15 et 16

---

2 dolorem nostrum *L* 3 proprii (ii *in ras. m2*) *P* 6 absolutis (a *s.* i) *A* 8 provectionis *A* 9 veterana ... incideret *in mg. m2 A* meritis *PP'L* 11 acerva *B et* (b *s.* u *m3*) 𝔄 vacabant *P'* vacabar *O''* 14 deflexusque (l *s. v.*) *C* una (uno *O'*) doloris acerbitate *P'O'* uno] humo *L* 15 repete *C* sacra *CHL* s͞ca *cet.* scribtura *B et* (scriptura *m3*) 𝔄 16 iuvat (v *ex* b) *B* 18 iam] iam ut *B* 19 ipsam *ed. Rom.* 22 conlaudaberis (b *ex* u *m2*) *B* 24 amissione fratrum *H* posse *om. CH* memorari (i *ex* e *m2*) *B* 25 dilexissem (e *pr. ex* i *m2*) *B* 26 liberum *PCO'* liberorum *B* (ro *s. v. m2*) 𝔄 (ro *s. v. m1*) *cet.* laboris 𝔄 doloris (i *ex* e) *P* 27 maerorem *CHA𝔄O''* memoria *P'* memoriam *cet.* 28 acerbitatem (b *ex* u) *B*

Sed ecce dicentem scripturam audio: *noli facere hunc* 69.
sermonem, sed consenti persuaderi — qui enim casus? — Sion et consolare propter dolorem, Hierusalem. vides ergo quia sancta nostra contaminata sunt et nomen quod nominatum est super nos paene profanatum est et fili nostri contumeliam passi sunt et sacerdotes nostri succensi sunt et Levitae nostri in captivitate fuerunt et mulieres nostrae contaminatae sunt et virgines nostrae vim passae sunt et iusti nostri rapti sunt et parvuli nostri perditi sunt et iuvenes nostri servierunt et fortes nostri invalidi facti sunt et quod omnium maius, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua nunc et tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. tu ergo excute tuam multam tristitiam et depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur fortis et requiem tibi faciat altissimus requietione dolorum. cessa- 70.
bunt igitur lacrimae; parendum est enim remediis salutaribus, quia debet aliquid inter fidos et perfidos interesse. fleant ergo qui spem resurrectionis habere non possunt, quam non sententia dei eripit, sed fidei inclementia. intersit inter Christi servulos idolorumque cultores, ut illi fleant suos, quos in perpetuum existimant interisse, illi nullas habeant lacrimarum ferias, nullam tristitiae requiem consequantur, qui nullam putant requiem mortuorum, nobis vero, quibus mors non naturae, sed vitae istius finis est, quoniam in melius ipsa natura reparatur, fletus omnes casus mortis abstergeat. certe 71.
si illi sibi aliqua solacia reppererunt, qui finem sensus defectumque naturae mortem arbitrati sunt, quanto magis nos, quibus meliora post mortem praemia bonorum factorum

1 Hesdr. IIII 10, 20-24

1 audio scripturam *A* scribturam *B*𝔄 2 sion *BPA*𝔄 syon *cet.* 3 videṇs *A* enim *CHA, recte puto* 5 paenae profanatum (o *ex* u) *B* fili] iuvenes *CH*𝔄 filii nostri et iuvenes *A* illi *cet.* contumiliam *B* 6 nostri *pr. s. v. B* succeṣsi (n *supra*) *P* nostrę *C* 7 nostrae *om. C* contaminatae s. et v. nostrae *om.* 𝔄 8 et mulieres raptę sunt *P'*, et iusti n. rapti sunt *om. L* et parvuli nostri perditi sunt *om.* 𝔄 10 quo 𝔄 quod magis omnium *A* sion *BP*𝔄 syon *cet.* 14 requietionẽ 𝔄*O''* 15 est *om. L* 16 fidos *ex* filios *C* 18 dị̈ eripit dĩ *P* eripit dĩ *P'* erepit *B* 19 x͞pi (i *ex* o) 𝔄 20 interṛrisse *B* inter ∗∗ isse *C* 21 consequamur (ntur *m2 s.* mur) 𝔄 quia *P'LO'* 24 fletus autem *P* omnis *O''* *et* omnes *m1 A, m2* 𝔄 abstergat mortis 𝔄 abstergat *CHLO'O''* 25 si *om.* 𝔄 26 mortem *om.* 𝔄

conscientia pollicetur! habent gentiles solacia sua, quia requiem malorum omnium mortem existimant et ut vitae fructu carent ita etiam caruisse se putant omni sensu et dolore poenarum, quas in hac vita gravis et adsiduas sustinemus; nos vero ut erectiores praemio ita etiam patientiores solacio esse debemus; non enim amitti, sed praemitti videntur quos non absumptura mors, sed aeternitas receptura est.

72. cessabunt ergo lacrimae aut, si cessare non poterunt, in communibus lamentis flebo te, frater, et sub dolore publico domesticos gemitus tegam. nam cessare qui poterunt, cum ad omnem sonum nominis tui lacrimae subrepant, vel cum usus ipse recordationem excitat vel cum affectus imaginem repraesentat vel cum recordatio dolorem renovat? quando enim dees, qui tantis officiis repraesentaris? ades inquam et semper offerris et toto te animo ac mente conplector, aspicio, adloquor, osculor, conprehendo vel in ipsa quiete nocturna vel in luce clara, cum revisere et solari dignaris maerentem, denique ipsae iam noctes, quae quasi molestiores vivente te videbantur, quod mutui conspectus copiam denegarent, ipse iam somnus, colloquiorum nostrorum dudum interruptor inamabilis, dulcis esse iam coepit, quia te mihi reddit. non igitur miseri, sed beati, quorum nec praesentia deficit nec cura minuitur et augetur gratia; etenim

73. somni similis imago mortis. quodsi in quiete nocturna vinculis adhuc corporeis inhaerentes et quasi in carceraria relegatae claustra membrorum possunt tamen animae altiora

---

2 cf. Sallust. *Cat.* 51, 20   24 Verg. *Aen.* II 369   Cic. *Cat. mai.* 22, 80 et 81

---

2 |· malorum omnium mortem |· requiem 𝔄   fructi̤fi̤carent (v *s.* i̤fi̤ *m2*) *P*   3 corruisse (*om.* se) *P'*   omni (*deinde spatium 2 litt.*) *P'*   o͠mı (i *ex* s) 𝔄 omnis (s *eras.*) *A* (*in quo post* dolore *add.* mortis)   dolore] dolorum et *P'*   4 gravis *B m1* graves *B m3 cet.*   7 absumptura *PHP'* adsumptura *BC et* (b *s.* ḍ) *A* assumptura *cet.*   8 non *om. P'*   10 gemitos (v *s.* o) 𝔄   qui] ñ *CH*   12 excitant (*om. deinde* vel) 𝔄   14 inquam] enim *L*   15 offereris *P* (e *alt. s. v.*) *O'* offunderis *CH et* (e *s.* u. *m3*) 𝔄 offenderis *A*   17 solaris 𝔄 (s *exp.*) consolari *P'O'* consolaris *O''* (s *eras.*)   18 ipsa^s^e (s *s. v. m3*) *B*   19 aspectus 𝔄   20 iam michi *P'*   22 mihi iam 𝔄   reddit *B m1 PLOO'O''* reddidìt *B m3 cet.*   23 defecit *B*   minuụitur *B*   24 somni (o *s.* i *m2*) *P*   25 in] inter *CHA*𝔄   carcerarea *C* carceralia 𝔄   relegatae *A* religatae *B* (r *s. v.*) *cet.*   26 claustra *ex* castra *H*

et discreta perspicere, quanto magis spectant haec, cum iam puro aetherioque sensu nulla corporeae labis inpedimenta patiuntur! meritoque mihi conquerenti vergente quodam iam in occasum die quod non reviseres quiescentem, totus omni tempore individuus adfuisti, ita ut illo perfusus sopore membrorum, cum ego vigilarem tibi, tu viveres mihi, dicerem: « quid est mors, frater? » nunc certe nullis a me separaris momentis; ita enim ubique praesto eris, ut quam in istius vitae usu habere nostri copiam nequibamus nunc nobis semper et ubique praesto sit. nam tunc utique omnia praesto esse non poterant — neque enim conplexiones nostrae, conspectus et osculorum corporalium suavitates locis omnibus et omnibus temporibus subpetebant — animorum imagines semper nobiscum erant etiam quando non eramus una, quae ne nunc quidem occiderunt adsiduoque advolant quo maiore desiderio eo maiore copia. teneo igitur te, frater, nec **74.**
mihi te aut mors aut tempus avellet. ipsae dulces lacrimae sunt, ipsi fletus iucundi, quibus restinguitur ardor animi et quasi relaxatus evaporat affectus. neque enim sine te esse possum aut tui non meminisse umquam aut meminisse sine lacrimis. o amari dies, qui interruptam copulam proditis! o flebiles noctes, quae tam bonum consortem quietis et individuum mihi comitem perdidistis! quas ederetis cruces, nisi se offunderet imago praesentis, nisi visiones animi repraesentarent quem species corporis denegaret!

---

1 secreta *P'* expectant 𝔄 (s *s.* ẹx) *P'O'* 2 aetherioque *B* (h *s. v. m3*) aethereoque *P* (e *tert. ex* i *m2*) *A* (h *s. v.*) *O'O''* aerioque *L* corporeae (e *pr. s. v.*) *P* 3 potiuntur *H* conquạerenti *P* (a *exp.*) *A* conquirenti *B* (i *pr. ex* e) *P'O'* uergente *CHA*𝔄*P'O''* urgente *cet.* quodam] quod *CH, qui mox om.* quod 4 revisseres *B* (s *pr. eras.*) *P* revisceres *C et* (c *eras.*) *A* reuiseris *H* toto somni 𝔄 5 opere *BLO'O'' et* (*m2* sopore) *PO* 7 nunc *scripsi* nam *libri* nulliṣ (a *s.* ịṣ) 𝔄 separares *P* (-is *corr.*) *BO'* separare *CAO'' et* (is *s.* e *alt.*) 𝔄 separabare *H* 8 morte *ex* mortentis 𝔄 eris *O* eras *P* (i *s.* a) *cet.* 9 usũ *H* usus *O''* nostri *om. CHAP'* 11 neque] nec *H* cõplexiones *CHA*𝔄*O''* conplexionis *P* (- es *corr.*) *cet.* 12 conspectusque *CHA, fort. recte,* cõplexusque 𝔄 suavitatis (e *s.* i *alt.*) *A* 13 temporalib; *A* animarum 𝔄 17 te mihi 𝔄 avellit 𝔄 *et* (-et *m2*) *O'* 18 iucundi *B* iocundi *cet.* restinguatur *P'* restringitur 𝔄*LO'* 19 esse *om.* 𝔄 20 ñ possum *C* (ñ *eras.*) *P'O'* esse possum *in ras. L* 22 flebiles (i *ex* e) *B* 23 ederites (*corr. m3*) *B* ederitis (*corr. m2*) *PH* 24 offunderet *BCH* funderet 𝔄 offerrat *P'* offenderet *cet.*

75. Iamiam, frater animo meo carissime, quamquam tu in-
maturo decesseris obitu, beatus tamen, qui ista non sustines
nec amissum fratrem maerere conpelleris, quem absentem
diu ferre non poteras, sed recursu celeri revisebas. quodsi
tunc solitudinis meae taedia repellere, maestitiam frater-
nae mentis ablevare properabas, quanto nunc crebrius ad-
flictum animum debes revisere et ex te conceptum per
76. te lenire maerorem! ac mihi tamen dat aliquas officii usus
indutias et obsequii sacerdotalis intentio abducit animum,
sanctae vero sorori quid fiet, quae licet divino metu pie-
tatem temperet, rursus tamen ipsum pietatis dolorem studio
religionis accendit strata humi et totum gremio sui con-
plexa tumulum, laborioso fessa incessu, tristis affectu dies
noctesque maerorem integrat? nam licet fletum plerumque
sermone suspendat, in oratione renovat et, quamvis scriptu-
rarum memoria consolationes serentibus praecurrat, flendi
tamen desiderium precandi adsiduitate conpensat lacrimarum
ubertatem tunc praecipue quando nemo interrumpere possit
instaurans. ita quod miserearis habes, quod reprehendas
non habes — flere enim in oratione virtutis est — et, quam-
quam istud familiare virginibus, quibus mollior sexus, te-
nerior affectus, contuitu communis fragilitatis in lacrimas
etiam sine domestici sensu doloris exuberat, tamen cum
77. maior causa maerendi est, finis maeroris excluditur. deest
igitur consolandi via, quia suppetit excusandi gratia. neque
enim possis prohibere quod doceas, praesertim cum reli-
gionis adstruat lacrimas, non doloris et communis seriem
deplorationis in metu pudoris obtexat. consolare ergo qui

1 Sallust. *Iug.* 14, 22

1 tu *om.* *A*𝔄 2 quia *tacite Maurini* sustines (e *ex* i) *B* 4 reviscebas *A* 8 lenire (i *s.* e *pr.*) *B* hac *A* (h *eras.*) *P'* at 𝔄 *et* (*m2 ex* ac) *L* 10 sancta (-ae *m2*) *BP* scã *C* sca͠ *A* de sca͠ *HL* sorore *CHL et* (- ri *corr.*) *m1 B*𝔄 *m2 P* sororẽ *A* 12 religionis (li *s. v.*) *B* strata *an* strato *incertum in B* 14 iterat *P'* 15 revocat *L* scribturarum *B* 16 consulationes *B* 17 adsiduitate (e *ex* i) *A* assiduitatẽ *P'L* 18 ubertatem *CHA* ubertate *cet.* posset 𝔄 19 misereatus (ri *s.* tu *m2*) *P* *in litteris* rep̃ *verbi* reprehendas *desinit O'' in media pagina f. 142ᵛ* 21 mellior *C* melior *H* 23 domesticis *BPO* 25 igitur *om.* *H* 28 metũ 𝔄 pudoris obtexat (*m4* pudori subtexat) *B* obtegat (x *s.* g *m2*) *P* obtexerat *C* obtexit (a *s.* i) *P'* consulare (o *s.* u) *B*

potes adire animum, penetrare mentem. cernat te esse praesentem, sentiat non esse defunctum, ut cuius secura de merito eius functa solacio discat pro eo non graviter dolere qui se admonuerit non dolendum.

Sed quid ergo demoror, frater? quid expecto, ut nostra 78.
tecum commoriatur et quasi consepeliatur oratio? licet ipsa species et exanimis corporis forma soletur oculosque manens gratia et permanens figura demulceat, nihil inquam moror, procedamus ad tumulum. sed prius ultimum coram populo vale dico, pacem praedico, osculum solvo. praecede ad illam communem omnibus et debitam, sed iam mihi prae ceteris desiderabilem domum. para hospitii consortium et quemadmodum hic omnia nobis fuere communia ita illic quoque ius dividuum nesciamus. ne quaeso cupientem tui deseras: 79.
properantem expecta, festinantem adiuva et, si diutius morari tibi videbor, accerse. neque enim umquam prolixius afuimus a nobis: tu tamen solebas revisere. nunc quoniam tu redire iam non potes, nos ad te ibimus. aequum est ut officium rependamus, subeamus vicem. numquam nobis fuit vitae condicio discretior, semper aut sanitas aut aegritudo communis, ut, cum alter aegresceret, <aegritudinem> alter incurreret et, cum alter revalesceret, uterque consurgeret. quomodo ius nostrum amisimus? et nunc consortium aegritudinis fuit: quomodo mortis consortium non fuit? tibi nunc, 80.
omnipotens deus, innoxiam commendo animam, tibi hostiam meam offero. cape propitius ac serenus fraternum munus, sacrificium sacerdotis. haec mei iam libamina praemitto, in

---

6 Rom. 6, 4 12 Cic. *Cat. mai.* 23, 84 19 Reg. II 12, 23, cf. Cic. *Cat. mai.* 23, 84

---

1 potẽ 𝔄 3 facta *POO'* fota *P'* cuncta *A* funera sint (sint *s. v. m1*) 𝔄 4 admoverit non dolenti *L* 5 ergo (r *eras.*) *C* demorer *AL* expecto *B* expectem *cet.* 6 consipiliatur *B* 10 dedico *C* oscula 𝔄 praecede *A* (c *ex* d) 𝔄 (ce *s. v.*) 11 debitam (i *m3 ex* e) *B* 12 hospiti *CH* 13 quoque illic 𝔄 14 desideras *B et* (deseras *m2*) *PL* desideres *O'* 15 diutius (i *pr. s. v.*) *B* morari (ri *s. v.*) *A* 16 videar *P'* videor *L* accersi *P* (i *ex* e) *HP'LO'* 17 abfuimus (b *s. v.*) 𝔄 affuimus *L* revisere (s *in ras.*) *B* 20 decretior *BP'LO' et* (is *m2 s.* e *pr.*) *P* 21 aegresceret *CHA* aeger esset *cet.* aegritudinem *addidi*, in morbum *post* alter *ed. Rom.* 22 et *om. HA* convalesceret (con *s. v. m3*) 𝔄 23 consortio (ṽ *s.* o *tert.*) *A* 27 libamina] liba *CHA*𝔄

hoc ad te pignore venio, non pecuniae, sed vitae pignore, ne me diutius residere facias tanti faenoris debitorem. non mediocris est fraterni amoris usura nec vilis naturae sors, quam cumulant incrementa virtutis. possum ferre, si cito cogar exsolvere.

---

2 faenoris *PH𝔐O* foenoris *C* fenoris *cet.* EXP B (B *eras.*) LIB. I INC. LIB. II DE FRATRE SCI AMBROSI *B* EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT LIBER SECVNDVS DE FRATRE. SCI AMBROSII *P* DE EXCESSV FRATRIS SVI EXPL. INCIPIT DE RESVRRECTIONE *C* EXPLICIT LIBER DE FRIS EXCESSV. INCIPIT DE RESVRRECTIONE *H* EXPLICIT LIB PRIM' DE EXCESSV. FRATRIS SVI. INCIPIT LIBER SCDS DE EODEM *A* FINIT DE EXCESSV FRIS LIBER . I . INCIPIT LIBER . II . 𝔐 EXPLICIT LIBER SECVNDVS DE FRATRE SCI AMBROSII EPI *P'* EXPLIC LIB. I'. SCI AMBROSII DE SATYRO. INCIP SCDS *L* EXPLICIT PRIMVS LIBER (*deinde unus versus eras.*) FRE SCI AMBROSII . INCIPIT . II . *O* EXPLICIT LIB I. (I *ex* II) BEATI AMBROSII. INCIP II (II *ex* III) DE EXCESSV FRATRIS *O'*.